START

Reel Contents

Reel Contents (2)

11. Cassell, D. P. / Vom neuen Aristoteles und seiner Tendenz. ...
12. Bartelt, L. / Emendationes Lysiacae
13. Goguel, H. / De nonnullis Helenae fabulae Europideae interpolationibus
14. Gitlbauer, M. / De codice Liviano vetustissimo Vindobonensi
15. Wolf, J. / Aus Inschriften und Papyren der Ptolemaierzeit
16. Vanek, F. / Jak pusobily plody literatury recke na vyvin rimske ...
17. Vebr, E. / Je-li Ciceronova zprava o centuriatnim zrizeni Servia Tullia ...
18. Wille, E. / Ueber [eleos kai phobos] in Aristoteles' Poetik
19. Woehrer, J. / Studien zu Marius Victorinus
20. Schnitzer, C. Fr. / Quaestionum Ciceronianarum particula prima

Reel Contents (3)

21. Vrana, F. / Archimeduv vyklad Eratosthenovi o mechanickych ...
22. Weber, L. / Die Losung des Trierenratsels
23. Weissenberger, B. / Die Sprache Plutarchs von Chaeronea ... II Teil
24. Králícek, A. / Die Anartes des C. Julius Caesar und die ... II Teil
25. Králícek, A. / Die Anartes des C. Julius Caesar und die Anartoi und ...
26. Marx, A. M. / Ueber das personliche Verhaltniss zwischen Aeschylos ...
27. Friedrichsen, P. / Ueber die oratio obliqua in der lateinischen Sprache
28. Hradilik, F. / O tachygrafii anticke
29. Holzinger, K. / Exegetische Kleinigkeiten
30. Muller, I. / Uber die Katharsis des Aristoteles in der Tragodie

Reel Contents (4)

Reel Contents (5)

41. Limberg, B. / Homeri et attica vicissim comparata dictio cum ...
42. Mascheck, H. / Der Charakter des Aias in dem gleichnamigen Drama ...
43. Kritz, F. / Prolegomenon ad novam Velleii Paterculi editionem, particula I.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF ILLINOIS
16 S '14

Ad

Publicam Explorationem Progressuum

Quos

Discipuli Priorum Quinque Classium

Ioannei Hamburgensis

In humanitatis studiis fecerunt,

Diebus I. et II. m. Maii MDCCCXXXII.

Instituendam

Et

Ad Declamationes Iuvenum et Puerorum

Die III. m. Maii hor. matut. X. audiendas

Invitat

Fridericus Carolus Kraft,

Theol. et Philos. Doctor, Ioannei Hamburgensis Director et Professor.

Insunt:

1. *Calmbergii* [redacted] Dissertatio:
   De utilitate, quae ex accurata linguae sanscritae cognitione in linguae graecae latinaeque etymologiam redundet.
2. Annales Ioannei Hamburgensis inde a Festo Sti. Michaelis usque ad tempus paschale.

HAMBURGI, 1832.

Typis excudit Ioannes Augustus Meissner, Amplissimi Senatus, Gymnasii et Ioannei Typographus.

De utilitate, quae ex accurata linguae sanscritae cognitione in linguae graecae latinaeque etymologiam redundet, brevis dissertatio.

Excelsa est et sublimis eorum doctrina, qui in explicanda corporum coelestium natura operam suam collocant, lucida sidera per silentium noctis observant, solis lunaeque defectiones in multos annos praedicunt, planetarum, qua circa solem feruntur, celeritatem definiunt immensumque, quem cometae conficiunt cursum, mentis acie assequuntur; laude sua non defraudandi sunt, qui in terrae cavernas se demittunt et in summa montium cacumina ascendunt, ut qua arte, qua partium convenientia hoc tantum aedificium, quod habitamus, exstructum sit, explorent; optime de humana gente mereri putandi sunt, qui in aëris, aquae, ignis, luminis, caloris naturam ita inquirunt, ut quodcumque in vitae usum et amoenitatem converti possit, ex interiore rerum naturae officina protrahant; celebramus eorum scientiam, qui quicquid terra vel sinu suo fovet, vel divitiis suis nutrit, singula lapidum, plantarum, animalium genera animo complectuntur. Decet enim

hominem, rerum cognoscere causas, ne peregrinus et hospes sit in domo sua, legesque perspectas habere, quibus summum numen universum mundum, cuius pars est praecipua, moderatur ac gubernat.

Non magis autem rerum natura admirationem nostram excitat et studium indefessum ac strenuum efflagitat, quam humanus animus, in quo coeleste illud et divinum, quo praeditus est, innumera philosopho offert miracula, quae admodum difficiles explicatus habent. Quid est enim, quod humanus animus non percurrat? tam reconditum et abditum, quin recludat? tam involutum, quin retegat? Soni et luminis velocitatem physici numeris persequuntur et rerum vires ad calculos vocant: quis vero umquam humani animi velocitatem emensus est, aut limites vidit, quos eius vires transilire nequeant? Ut in rerum natura vita illa, qua agitatur, numquam sopitur et exstinguitur, ita humanus animus numquam lacus, tranquilli speciem praebet, sed ita semper fluctibus commovetur, ut ne acerrimus quidem visus aut fundum contingere, aut veram eius imaginem assequi possit. Nam singulis momentis novum quasi mundum ex se procreare et notiones, quas cepit, tam mire inter se consociare potest, ut non tantum res externae in ipso resplendeant, sed novae etiam formae, variae et infinitae, ex intimis eius recessibus prodeant. Quum igitur tot tamque subitas vicissitudines subire possit, quibus contemplanti et perscrutanti ipsius naturam se subtrahat et exspectationem eius frustretur, facile efficitur, quod volumus,

humani animi cognitionem rem esse magnae et arduae cogitationis. Et tamen philosophorum multum interest, quam accuratissime noscere, quid sit animus, quid cogitandi munus, quae et quales eius virtutes. Quo ut perveniant et involucra, sub quibus latet, quodammodo removeant, una potissimum patet et certissima via, loquela. Haec est enim illa facultas, qua animus largas suas opes promit, qua quid sentit cum aliis communicat, qua qui ipse nullis sensibus percipi potest, vivus inter vivos apparet, auribus audiendum, quin, scripturae adminiculo, oculis videndum manibusque palpandum se praebet. Per hoc veluti speculum in eius adyta, in quibus agit et cogitat, introspicere licet. Ut vero in singulis hominibus varias et multiplices vis illa divina induit formas, ita summa eius in populis, qui latum orbem terrarum incolunt, cernitur diversitas et quo accuratius quam plurimorum populorum linguas cognitas habueris, eo maiorem humani animi cognitionem tibi comparaveris. Hanc autem philosophiae provinciam demandatam sibi esse putant philologi, qui per linguarum diversitatem vel in regionibus remotissimis aeternas illas investigant leges, quibus astrictus animus tenetur, philologi, qui apud imperitos, tantae rei gravitatem non capientes, tamquam syllabarum aucupes et homines rixosi, qui de minutiis digladientur et nugis tricisque delectentur, male audiunt. Hoc enim esse primum et praecipuum philologorum munus, ut in intimos humani animi recessus penetrent, alterum autem, ut praeclarorum antiquitatis monumentorum interpretes recti pulchrique sensu homines

imbuant artesque liberales contra ingruentem barbariem *) defendant, semper nobis persuasimus. Sed quum tantus sit linguarum numerus, ut vel excellentissimum ingenium paucas tantum capere possit, philologi eas potissimum addiscendas sibi sumpserunt, in quas humanus animus omnes suas opes, omnem vigorem et praestantiam effudisse videretur. Neque immerito has fautricis naturae dotes et in linguae graecae suavitate ac divitiis, et linguae latinae maiestate ac robore deprehendere se arbitrati sunt. Hinc factum est, ut Graeciae Latiique Musae, dulci consortio iunctae, iure quodam hereditario omnem philologorum favorem et studium sibi vindicarent.

Sed iam approperant sorores Gangeticae, quae in eamdem felicitatis societatem venire cupiunt. Nolite tecto arcere, quae longo itinere superato germanas salutant et blando alloquio summam necessitudinem et cognationem testantur. Si enim beatas orientis regiones cum veteribus Graecis et Romanis per-

*) Quis non indigne fert, audere hoc nostro tempore Stephanios, Ottones, Richteros, et huius farinae alios pristinam rusticitatem nobis obgannire artiumque humanitatis contemptum ut summum bonum praedicare? Cf. Stephani, Ueber Gymnasien, ihre eigentliche Bestimmung und zweckmässigste Einrichtung. Erlangen 1828. — Otto, Zwei Gebrechen der meisten Gelehrten-Schulen in Deutschland. Leipz. 1830. — Eiusd. Drittes Gebrechen —. Leipz. 1831. — T. A. L. Richter, Betrachtungen über den Zweck der Erziehung und des öffentl. Unterrichts — vorzügl. in Beziehung auf das System des Humanismus. Dessau 1830.

agrare vobis animus est, duces se vobis offerunt*), si fontes quaerere instituitis, ex quibus linguae illae egregiae, quae vos oblectant, pullularunt, facem vobis praeferent. Sed quorsum ego haec disputo? Scilicet ad mitigandas eorum voces, qui Musas indicas ab hoc consortio secludere et in Gangeticum nemus relegare conantur! Et nuper admodum inhospitalem Obbarii, professoris Rudolstadiensis, animum expertae sunt. Nam in censura *symbolarum ad comparationem linguarum*, quas Meyerus, praeceptor in Gymnasio Halberstadiensi superior, edidit, auctorem collaudat, quod non cum iis facere videatur, qui, ut mos seculi ferat, in vocabulis derivandis linguae sanscritae radices in auxilium vocent: praestare enim, si quando una eademque radix et in sanscrita et in graeca latinaque lingua reperiatur, huius consensionis rationem ex communi humani animi natura, quam ex origine indica repetere; ut sua cuique sit populo indoles, ita suam potuisse formare linguam**). Quae si vere disputata essent, colligi liceret, vel omnibus omnino

*) Quantum lucis scriptoribus doctae antiquitatis accedat e literis indicis, docuerunt A. Guil. a Schlegel, Petrus a Bohlen, alii. Cf. A. Wilh. von Schlegel, Indische Bibliothek — et P. v. Bohlen, Das alte Indien mit besonderer Rücksicht auf Aegypten. Königsberg 1830, 2 voll. passim.

**) Cf. Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik oder kritische Bibliothek für das Schul- und Unterrichtswesen. Herausgeg. von Dr. Gottfr. Seebode und M. Joh. Christian Jahn. 1. Jahrg. 1. Bds. 4. Heft. Mai 1831, p. 438—441.

hominibus eamdem esse debere linguam, vel eamdem omnium linguarum diversitatem. Cur vero tantopere differunt linguae Sinensium et Semitarum a lingua sanscrita, ut aut exigua aut nulla earum similitudo inveniatur? Quodcumque demum est, nihil nos impediet, quominus eas linguas, quarum et singula vocabula et grammatica structura quam maxime consentiunt, ex eodem fonte fluxisse arbitremur. Et latinam quidem linguam omnem Ruhnkenius, immortale illud artium humanitatis decus, pulchrae matris graecae pulchram filiam dicere non dubitabat, fatebatur tamen, restare partem quamdam, quae invecta aliunde videretur. Recte autem negat Fridericus Lindemannus, fore umquam, ut haec quoque pars linguae graecae reddatur, imo bonam partem vocum latinarum originem suam germanicae cuidam dialecto, omni Germanorum nomine priori, debere*). Eodem fere modo linguam latinam ex servi-

*) Cfr. Vitae Duumvirorum Tiberii Hemsterhusii et Davidis Ruhnkenii, altera ab eodem Ruhnkenio, altera a Daniele Wyttenbachio scripta. Olim in Germania iunctim repetitae, nunc iterum editae. Accessit elogium Io. Meermanni auctore Constantino Cras. Curavit Fridericus Lindemann. Lipsiae 1822, p. 16. Ruhnkenii verba haec sunt: *Latinae linguae origines nemo mortalium ante Hemsterhusium recte cognovit. Viderant Varro et alii Romani, multa ex lingua graeca in suam venisse. Aliquanto plura, quorum origo veteres fefelliset, ex eadem lingua repetierunt Scaliger et Salmasius. Sed adhuc dubia lux erat. Enimvero, inventa Hemsterhusii ingenio graecae linguae analogia, simul etiam latinae ratio diluxit, patuitque*,

tute graeca vindicavit, qui non de trivio eius scientiam hausit, Ludovicus Ramshornius*). Repetit enim non modo linguae latinae, sed etiam omnium, quae in Europa regnant, linguarum origines a Medis sive Persis, populo antiquissimo, qui linguam zendicam cum coloniis suis antiquissimis Indiae intulissent, ex qua lingua sanscrita, omnium quotquot sunt locupletissima et perfectissima, nata sit**). At linguam zendicam meram linguae sanscritae dialectum esse, quae multas corrup-

---

clarissime, quod pauci magis suspicati erant, quam intellexerant, totam fere latinam linguam ab aeolica fluxisse. Restat, fateor, pars quaedam, quae invecta aliunde videatur. Verum aut fallor aut exorietur aliquando vir doctus et ingeniosus, qui, Hemsterhusiana analogia adiutus, eam quoque partem ad graecam originem revocet, planissimeque demonstret, omnem latinam linguam pulcrae matris graecae pulcram filiam esse. Daumio et Praschio, quos Lindemannus recenset, addi possunt:

E. Jaekel, Der germanische Ursprung der lateinischen Sprache und des römischen Volkes. Breslau 1830.

F. A. Rauch, Die Identität der Hindu, Perser, Pelasger, Germanen und Slaven dargethan aus Sprache, Religion und Sitte. 1. Abth. Marburg 1829. (Vir doctissimus linguae sanscritae locum, quem occupare debet, idoneis argumentis assignat.)

*) Cf. Dr. L. Ramshorn lat. Grammatik. Leipz. 1830, editio altera, p. 1.

**) Cf. Lateinische Synonymik. Nach Gardin - Dumesnil's Synonymes latins neu bearbeitet u. vermehrt von Dr. Ludw. Ramshorn. 1. Thl. Leipz. 1831 in praefatione, p. XV ss.

tiones subierit, contra Raskium*) probavit Petrus a Bohlen**). Utram tamen sententiam amplexus fueris, id certum est, linguam graecam et latinam annumerandam esse stirpi indicae et germanicae, cuius dialecti plus minus inter se differunt. Quod argumentorum ambagibus docere nil attinet, quum literarum indicarum in Germania Statores, Schlegelii***) fratres

---

*) Cf. R. Rask, Ueber das Alter und die Echtheit der Zend-Sprache und des Zend-Avesta, und Herstellung des Zend-Alphabets; nebst einer Uebersicht des gesammten Sprachstammes; übersetzt von Friedr. Heinr. v. d. Hagen. Berlin 1826.

**) Cf. Commentatio de origine linguae zendicae e sanscrita repetenda, quam auctoritate A. Ordinis Philosophorum pro loco in eodem ritè obtinendo d. 12. Martii 1831 h. l. q. c. publice examinandam exhibet Petrus a Bohlen, Ph. Dr. LL. OO. P. P. O. Regiomontii. De nomine *Zend* haec habet: *Linguae zendicae nomen ipsum e locis, ubi ortum cepit illa, lucem accipit, sive ex incorrupto fluminis Indi nomine* सिंधु *Sindhu derivare malis, sive literam h vocabuli* هند *Hind in z, ut dialecto vulgare est, abiisse statuas: significat igitur vocabulum Zend linguam regionum Indo adiacentium, non autem viventem (*زنده *zindeh) ut postea explicuerunt de nominis origine solliciti Guebrorum doctores.* Cf. etiam Bopp in: Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik. N. 46—48, p. 362—383. März 1831.

***) Iam ante hos viginti annos et amplius prodiit aureus ille Friderici Schlegelii liber, qui inscribitur: Ueber die Sprache und Weisheit der Indier. Ein Beitrag zur Begründung der Alterthumskunde.

et Franciscus Boppius, et qui horum Triumvirorum vestigia sequuti sunt, extra omnem dubitationem posuerint. Ambitum autem stirpis indicae et germanicae Schmitthennerus*) ita adumbrat, ut linguas Indorum, Persarum, populorum Caucasiorum, Pelasgorum, Germanicorum, Slavicorum complectatur. Sed ut luna splendet inter minora sidera, ita singularum praestantiam suis virtutibus obruit, quae iure suo *ornata*, *exculta* dicitur, lingua sanscrita**).

Nata in iis regionibus, ubi montium tractus coelum tangunt, ex perennibus nivibus Ganges sacras undas provolvit, Indus magnos secum rapit fluvios***), gemmae per tenebras noctis micant, flores vividissimis coloribus pinguntur, palmarum proceritas caput in nubes effert et hospitalis ficus casas exstruit; ubi elephantorum mansueta maiestas hominis servitium subit, nemora tigridum et leonum rugitibus resonant, ser-

---

Heidelberg 1808. — A. Gu. a Schlegel et Franc. Boppius quod condiderunt harum literarum regnum, etiamnunc amplificant diuque ut amplificent, optimarum artium causa magnopere optamus.

*) Cf. Schmitthenner, Ursprachlehre. Frankf. a. M. 1826.

**) संस्कृत *sanscrita* est *ornatus, a, um*; opponitur प्राकृत *pracrita*, lingua vulgaris. Cf. A. Gu. a Schlegel: Ind. Bibl. II, 1, p. 26. — von Bohlen: Das alte Indien II, p. 432, §. 23. — Inter सम् *sam* praepositionem et क् *(k)* radicis कृ *kri, facere*, inseritur euphonicum स् (*s*). Cf. Grammatica critica linguae sanscritae a Francisco Bopp. Berolini 1829, p. 71.

***) Das alte Indien I, p. 13.

pentum monstra bubalos ut arundines confringunt*); ubi quocumque oculum verteris, admiratione simul et stupore correptum te sentias, et natura quid efficere possit, experta esse videtur, omnem patriae varietatem, tot miracula, tantam soli natalis amoenitatem et ubertatem in se recepisse, coniectura augurari licet. Accedit, quod in populo**), qui hac lingua utebatur, erat insignis morum mansuetudo cultu victuque adiuta, excellens ingenii acumen, incredibilis laborum dolorumque patientia, summa Deorum reverentia. Quis non gustavit poëmatum indicorum dulcedinem, quae omnium animos delinit? quem fugit philosophiae indicae subtilitas, quae abstrusissima quaeque recludere conatur***)? Atque monumentorum ab hoc populo literis conceptorum Forstero teste****) tantus est numerus, ut etiam monumenta Graecorum literaria, quae temporum invidia non intercepit, superet. Latum igitur unicuique, qui literas amat, campum, in quem excurrat, linguae sanscritae cognitio aperit, philologo latissimum. Quum enim ad linguam

*) Das alte Ind. I, p. 34.

**) v. Schlegel: Ind. Bibl. passim. Das alte Ind. p. 42—50.

***) Cf. Friedr. Schlegel: Ueber die Spr. und Weisheit der Indier, p. 89—153.

****) Cf. Franz Bopp: Ueber einige Demonstrativstämme und ihren Zusammenhang mit verschiedenen Präpositionen und Conjunctionen im Sanskrit und den mit ihm verwandten Sprachen. — Geles. in der K. Akad. der Wiss. d. 7. Jan. 1830. Berl. 1830, (prodiit etiam seorsum) p. 10.

primaevam proxime accedere videatur et iuvenilis ille vigor, quo animatur, largam radicum copiam, immensas vocabulorum opes laetamque flexionum grammaticarum luxuriem conservaverit, egregia ei ministrat subsidia, quibus linguae graecae latinaeque origines et elementa indaget. Nemini qui ad subtiliorem linguae hebraicae cognitionem aspirat, vitio vertitur, si dialectis cognatis scientiam suam augere studet: cur vero grammaticis graecis latinisque denegemus, quod orientalibus libenter concedimus? cur rivulos sectari iubeamus, quum ex ipso fonte haurire possint? Sed ne longior sim in praefando, quam necesse est, digna mihi visa est illa res, quae paullo diligentius explicetur illustreturque, et exoptata mihi oblata scribendi occasione, liceat hoc libello scholastico breviter disserere:

De utilitate, quae ex accurata linguae sanscritae cognitione in linguae graecae latinaeque etymologiam redundet.

Ac primum quidem probare studebimus, *linguae sanscritae analogia in flexionibus grammaticis cuiusque syllabae ac literae vim et significationem erui*, deinde radicum quarumdam et nominum auxilio demonstrabimus, *multa graecae latinaeque linguae vocabula via breviore et commodiore ex communi quodam cum linguae sanscritae fonte, quam ex solis ipsarum opibus derivari.*

Homo simul ac torporem excutit, quo per prima vitae tempora opprimebatur, et tamquam ex vasto tenebrarum oceano, in quo sui non compos detinebatur, ad solis lucem et claritatem emergit, esse se et vivere non sine iucundo aliquo sensu animadvertit. Ubique res habet obvias, quas a se et inter se

pro illa, qua a Deo immortali donatus est cogitandi facultate discernit. Animus quum libere per ea vagatur, quibus cinctum se videt, et vi sua ingenita perlustrat, quae mundus circumspicienti offert, varie, ut cuiusque rei indoles est, affectum se sentiet. Idem vero animus sui sibi conscius natura sua impellitur, ut quaerat alterum, cui imaginem, quam e rerum contemplatione sibi finxit, suis coloribus repraesentet notionesque intus conceptas claris verbis impertiat. Est igitur aliquis, qui cogitat et loquitur, est alter, quocum cogitata sua communicat, sunt res, de quibus sermo oritur. Hinc coniicere licet, hominem ea primum invenire vocabula, quorum ope se ut naturam per se vigentem et liberam ab altero, quem alloquitur, et ab iis, de quibus disserit, discernat atque quae mente concipit, vel ad se, vel ad illum alterum, vel ad tertium quoddam referat. Nec dubito, quin *pronomina*, quae a grammaticis appellantur, quod nominum vicem sustinere dicuntur, humanae linguae origini ascribenda sint. Iamdudum enim eorum sententia explosa est, qui haec vocabula tamquam loquendi compendia tum demum animi sollertia esse inventa existimant, quum lingua omnibus numeris absoluta esset, ne longis ambagibus et repetitionis molestia impediretur*). Secundum aetatis locum in lingua obtinent

*) Singularis ac nova est *Augusti Grotefendi* sententia, pronomina primitiva *ego*, *me*, *tu*, *se*, *nos* et *is* cum casibus suis *ei*, *im* orta esse ex terminationibus verborum. Cf. Eius Ausführliche Grammatik der lat. Sprache zum Schulgebrauch. 1. Thl. Hannover 1829, p. 217. Celeberrimus Sacyus pronominibus tantum persona-

ea vocabula, quibus homo, quomodo rebus externis affectus fuerit, quamve vim in sensus suos habuerint, eloquitur, quibus mutuum illud, quod ei cum rebus externis intercedit commercium, sustentatur, quae quod partem linguae maxime necessariam constituunt, proprie *verborum* nomine a grammaticis appellantur. Sequitur, ut homo rebus *nomina* imponat. In hoc negotio ita plerumque versari solet, ut ab ea maxime parte denominationem sumat, quae praecipue in sensus cadit. Inde facile intelligitur, longe plurima nomina, si ab exiguo eorum numero, quae primitiva sunt, recesseris, ex iisdem cum verbis radicibus provenire*). Radices autem sunt ea vocabulorum elementa, quae remanent amputatis iis literis ac syllabis, quibus rationes grammaticae significantur, aut quae novis formis

---

libus nomen suum concedit. *Les pronoms,* inquit, *n'indiquent les êtres ni par leur nature, comme les noms, ni par leurs qualités, comme les adjectifs, mais par la personne ou le rôle qu'ils jouent dans l'acte de la parole, c'est-à-dire, suivant qu'ils sont ou la personne qui parle, ou celle à laquelle le discours s'addresse, ou enfin la personne ou la chose de laquelle on parle.*

De tous les mots auxquels la plupart des grammairiens ont donné le nom de pronoms, il n'y a que les pronoms personnels auxquels il convienne suivant cette définition, et nous ne reconnoîtrons aucun autre mot sous cette dénomination. Cf. Sylv. de Sacy Grammaire arabe 1, p. 341 et *Eiusd.* Principes de Grammaire générale 2e ed. p. 47.

*) Cf. A. Grotefend: Ausf. Gr. 1. Th. p. 195.

procreandis inserviunt*). Eas in linguis antiquis omnes, saltem in lingua sanscrita et cognatis dialectis, una tantum syllaba constare, viri docti communi fere consensu pronuntiant**). Restat, quum homo huc pervenerit, ut verborum nominumque notiones accuratius definiat. Invenit igitur *particulas* orationis, quae magnam partem ex stirpibus pronominum sine ulla difficultate duci possunt***).

Ut arteriae et venae sanguinem per corpus diffundunt, ita *pronomina* vita quasi omnes linguae humanae partes do-

*) Cf. Ind. Bibl. 1, 334.

**) Cf. Iunius Faber, Synglosse oder Grundsätze der Sprachforschung. Karlsruhe 1826.

Principes de l'étude comparative des Langues par le Baron de Merian; suivis d'observations sur les racines des langues semitiques par Mr. Klaproth. Paris et Leipz. 1828.

Gesenius, Ausführliches grammatisch-kritisches Lehrgebäude der hebräischen Sprache, mit Vergleichung der verwandten Dialekte. Lpz. 1817, p. 181—189.

Ewald, Grammatica critica linguae arabicae cum brevi metrorum doctrina. Vol. 1. Lipsiae 1831, p. 81 ss.

Drechsler, Grundlegung zur wissenschaftlichen Construction des gesammten Wörter- und Formen-Schatzes, zunächst der Semitischen, versuchsweise und in Grundzügen auch der Indo-Germanischen Sprachen. Erlangen 1830.

***) Cf. Ewald, Kritische Grammatik der hebräischen Sprache. Leipz. 1827, p. 499—509.

Eiusd. Grammatica critica linguae arabicae, p. 326—372.

nant. Quum enim eorum elementa reliquis vocabulis sese adiungant, sermoni vinculum illud subtile conciliant, quo corporis animati speciem induit. Ipsa autem aliunde in linguam aliquam invehi nequeunt. Sunt radicibus annumeranda, quae una tantum syllaba constant, quibuscum lingua effloreseit. Quamquam nulla est lingua, quam grammatici ita naseentem intueri potuissent, ut certam orientis legem animadverterent. Videtur enim, ut subito ex obscuris nubibus fulgur emicat, eatenus perfecta et absoluta ex pectore humano prodire, quatenus cuiuscumque hominis usui sufficit*). Contra quum cadit et deficit lingua quaedam, idem fieri videmus, quod in corpore sensim ad mortem vergente accidit. Anima in interiores partes refugere, calor vitalis imminui, membra torpere, corpus non aequabili modo sustentari. Perit in lingua, deficiente succo, quo alitur, mira illa, qua delectabamur, varietas atque regnare incipit simplicitas, quae notiones tantum, non ipsarum notionum in vocabulis diversitatem distinguit, verbo, abiicit lingua in nominibus syllabas, quibus generis, numeri, casus rationes significantur, in verbis exiguum modo temporum numerum ex ipsa radice cudit, quam maxime verba, quae dicuntur auxiliaria, in subsidium vocat. Ex his efficitur, ut particularum, quibus intima cum pronominibus est cognatio,

*) Cf. Wilhelm von Humboldt: Ueber das vergleichende Sprachstudium in Beziehung auf die verschiedenen Epochen der Sprachentwickelung — Abhandlungen der kön. Akademie der Wissenschaften zu Berlin aus den Jahren 1820—1821. Berlin 1822, §. 3—8.

latior usus eas vices gerat, quibus florente lingua nominum terminationes et verborum formae fungebantur*). Pronomina vero, ut prima linguae vocabula sunt, ita diutissime remanent, vim suam tuentur et contra tempus, quod omnia arrodit omnique vitae interitum parat, strenue se defendunt. Quum igitur tanti momenti sint in unaquaque lingua eorumque origo ad tempus remotissimum referenda sit: facile coniicere licet, easdem earum formas in singulis sanscritae linguae dialectis reperiri indeque linguae graecae latinaeque notationi aliquantum lucis affundi. Atque hic potissimum in medium afferemus, quae Franciscus Boppius non minore cum eruditione, quam ingenii subtilitate e reconditis linguae copiis in lucem protulit**).

Nemo non videt, summum inter pronomina competere pondus tertiae personae, quippe quae longe plurima complectatur totumque illarum rerum ambitum contineat, ex quo sin-

---

*) Sententiam nostram comprobant linguae quaedam novitiae cum antiquioribus comparatae. Francogallica quidem adiectivum substantivi, cui iungitur, generi et numero accommodat, anglica vero nudam formam nulla nec generis, nec numeri ratione habita ei praeponit; in verborum terminationibus eadem parsimonia. Periit omnino in lingua leniter ex pluribus conglutinata vis illa procreatrix, qua germanica praecellit. Aliunde igitur, quoties novum vocabulum desideratur, ut navibus opes, importatur.

**) F. Bopp: Vergleichende Zergliederung des Sanskrits und der mit ihm verwandten Sprachen. 8. Abh. Ueber das Demonstrativum

gulae tantum secundae personae contingunt. Quum res, quae extra sunt, vario modo cogitantis animo obversentur, prouti se vel excipiant, vel fugiant, propius ad loquentem accedant, vel longius recedant: pronomina, quibus insigniuntur, varias et multiplices formas induere necesse est.

Agmen ducat pronomen illud demonstrativum, cuius usus latissime diffusus est, et quod pro dialectis varias vicissitudines subit. Est sanscritum सस् *sas*, सा *sâ*, तत् *tat*, cuius stirps est त *ta*. Hoc quidem pronomen antiquissimum esse, inde patet, quod etiam in dialectis Semitarum exstat. Est autem, ut reliquas dialectos taceam, hebraicum vocabulum זה *seh*, in fem. זאת *sot*, arabicum ذا *dsâ*, in fem. ذي *dsi*, Graecorum *ὁ, ἡ, τὸ*, Gothorum *sa, so, that* (*thata, thatuh*)*), Germanorum *der, die, das*, Latinorum pronomen demonstrativum *hic, haec, hoc*. A. Grotefendus**): *Hic*, inquit, *nihil aliud est nisi aspiratum is, quod in Nominativo et Accusativo sing. et in Neutro plur.* c *ex* ce (*pronuntia* ke) *assumpsit; videtur igitur hic esse*

---

und den Ursprung der Casuszeichen. — Abhandl. der kön. Akademie der Wissenschaften zu Berlin aus dem Jahre 1826.

Idem: Ueber einige Demonstrativstämme und ihren Zusammenhang mit verschiedenen Präpositionen und Conjunctionen im Sanskrit und den mit ihm verwandten Sprachen. Berlin 1830.

*) Cf. Ulfilanische Sprachlehre in: Ulfilas Gothische Bibelübersetzung, die älteste Germanische Urkunde — herausgeg. von J. Christian Zahn. Weissenfels 1805, p. 32.

**) Ausführl. Grammatik I, p. 218.

pro hisc, haec pro heac, hoc s. *huc pro hidc, hunc pro heumc, hanc pro heamc.* Non mirum, Romanos ab eiusmodi vocabulorum monstris abhorruisse. Si meam interponere licet opinionem, *hic* explicari potest ex stirpibus स *sa* (pro त *ta*) et क *ka*, ex quibus compositum est ut arabicum هذا *hâdsa* e vocula demonstrativa ها *hâ* et pronomine simplice ذا *dsâ**).

Quaerit autem Boppius, qui factum sit, ut stirps pronominalis त *ta* in Graecorum et Gothorum articulo *ὁ, ἡ* et *sa, sô* (reliquas dialectos sciens praetereo) *t* suum in *s* converterit, sive, quod idem est, aliud omnino thema in masculino et feminino genere ei substituerit. Rei causa ei haec esse videtur. Litera *s*, quae vitae halitum repraesentat, venti vela inflantis imaginem reddit procellaeque vehementiam depingit, magis cadit in masculinum et femininum genus, in ea, quae vita praedita sunt, quam *t* illius latitudo (*πλατειασμός*). Relictum est igitur *t* generi neutri et casibus, qui dicuntur, obliquis. Sunt enim ignobiliores, quam casus rectus, a quo oratio pendet, et eiusdem cum neutro genere dignitatis habentur. Neutrum enim genus cum casibus obliquis maxime convenire, vel inde patet, quod masculinorum accusativus fit neutrorum nominativus (*liber*, *librum*, *bellum*)**). Nec pluralis nominativo

---

*) Cf. Ewald gr. arab. p. 329. *Haec est enim*, inquit, *pronominum in omnibus linguis ratio, ut paullatim plures voculae demonstrativae componantur, quibus simplicium usus facile imminuitur.*

**) Hac de re erudite disputat A. Grotefendus in: Ausführl. Grammatik der lat. Sprache 1, p. 195—198.

masculini et femini generis *s* in lingua sanscrita et gothica conceditur, cuius rei hanc causam esse putat Boppius, quod res singulae notionem quamdam universalem efficiant, ita ut non amplius inter se distinguantur, sed suam quaeque naturam exuant et in universalem istam notionem coalescant. Habet enim sanscrita lingua in plurali ते *te*, तास् *tâs*, तानि *tani*, gothica *thai*, *thos*, *tho*. Colligi inde potest, doricas formas *τοί*, *ταί* origine esse priores.

Altera autem Boppio oritur quaestio, cur gothicum *sa* et graecum *ὁ* signo nominativi, litera *s*, in fine careant. Ratio ei in promptu est. Quum enim nomina, quibus *ὁ* et *sa* praeponuntur, in casu recto illud *s* sive eius vicarium *r* habeant, supervacaneum esse videbatur. Notandum est autem, in lingua sanscrita pariter ac gothica hoc *s* masculinis et femininis tantum, nec vero neutris affigi. Exiguus neutrorum in lingua graeca et latina, si cum masculinis et femininis comparaveris, numerus docet, ea hoc *s* per abusum assumpsisse. *S* saepe in *r* transire, a grammaticis latinis et graecis iam observatum est, sed quam late haec affinium literarum mutatio pateat, prorsus adhuc eos fugit et e lingua sanscrita demum disci potest. *R* fortiorem etiam sonum reddit, quam *s*. Recte igitur Drechslerus hanc literam Romanis et Lacedaemoniis, populis fortissimis, pro sua virtute ita in deliciis fuisse dicit, ut ubicumque liceret, eam literae *s* substituerent, servili autem animo ita refragari, ut populus Sinensis, qui bambusa arundinacea regitur, *r* ne eloqui quidem possit. Neque aliter Clau-

bergius*) in *arte etymologica Teutonum: Viri fortes*, inquit, *ad fortem potius, quam ad mollem pronuntiationem inclinant*. Veterum quoque Persarum substantiva masculina in *s* exisse, testis est Herodotus, quem hac de re disserentem egregie interpretatus est A. Guil. a Schlegel**). Ex his, quae modo disputavimus, iudicari potest, quo iure A. Grotefendus***) nominativum vocabulorum *ros* et *honor* proprie efferendum fuisse putet *rors*, *honors*. Thema est *ror*, sed quoniam posterius *r* fulcimento caret, mutatum est in mollius *s*; in voc. *honor* antiquior forma *honos* servata legitur. In voc. *leo* thema est *leon*, non, ut ille vult, *leonts*, *leons*. Grammatici latini non semper terminationes a vocabulo ipso sive forma nuda distinguunt. Melius Grammatici indici****), ubi nomina extra orationem memorant, eorum thema i. e. formam nudam, ab omni casuum terminatione vacuam proponunt.

Sed redeamus ad stirpem pronominalem त *ta*. Quae in lingua graeca ex hac radice prodeunt vocabula, partim ex स *sa*, partim ex त *ta* derivantur; οὗτος, αὕτη, τοῦτο articuli analogiam sequitur. In lingua latina derivata exstant *tantus*,

---

*) Cf. Illustris viri God. Guil. Leibnitii Collectanea Etymologica, illustrationi linguarum, veteris celticae, germanicae, gallicae, aliarumque inservientia. Cum praefatione Io. Georgii Eccardi. Hanoverae 1717, p. 218.

**) Herodot. I, 139; ind. Bibl. II, 308—313.

***) Ausführl. Grammatik I, p. 198.

****) Cf. Boppii Gr. crit. p. 72.

talis, *toties*, *tam*, *tamen*, *tunc*, quod comparari potest cum accusativo *hunc*. Adverbia *tam* et *tunc* cum accusativi signo, quod est *m*, comparent. Pronomen *iste* compositum est ex stirpe demonstrativa *i* et *ta* cum nominativi signo, non minus quam *i — s — pse*. Hoc autem factum esse putat A. Grotefendus *) ex *ips'e*, quum fieri potuisset, ut scriberetur etiam *ips* pro *is*, ut reperiatur *quips* pro *quis*. Melius Ramshornius **) *is — pse* scribit et formas obsoletas *eampse*, *eapse*, apud Ciceronem autem *reapse* pro *re ipsa* commemorat ***). Si equidem quid video, *p* in *ipse* et *meopte* eiusdem est originis atque *c* in *hic*, *nunc*, *tunc*, quod Ramshornius pro *numce*, *tumce* †) esse putat. Gutturales enim et labiales saepe inter se permutari, notum est. Confirmant sententiam meam encliticae *piam* et *pe*, quae in dialecto oscia erant pro *quam* et *que* ††). *Quispiam* A. Grotefendo †††) est pro *quips — iam*. Istud *d* in *illud*, *id*, *istud* proprie cadit in neutra refertque *t* in तत् *tat*. Graecos illud *t* sive *d* in fine articuli et pronominum neutrius generis non admittere, neminem offendet, qui reputaverit, eos numquam vocabula hoc modo terminare. Pronomina tantum et in sanscrita et in latina lingua genus neutrum ita indicare solent. In sub-

*) Ausf. Gr. I, p. 219.

**) Lat. Grammatik. 2. A., p. 265.

***) Lat. Gr. 2. A., p. 265.

†) p. 267.

††) p. 266 — 267.

†††) Ausf. Gr. I, p. 219.

stantivis et adiectivis neutrum ita a masculino distinguitur, ut omnis in nominativo et accusativo sing. terminatio abscindatur et nuda tantum vocabuli stirps maneat, e. c. in lingua sanscrita स्वादु *svâdu*, in graeca *ἡδύ*, *dulcis*, vel accusativus, ut iam vidimus, convertatur in nominativum.

In declinatione pronominis demonstrativi इदम् *idam*, *hic*, Boppius quattuor stirpes inesse putat, *i*, *ima*, *ana*, *a*, quarum suam quaeque familiam ducit*). Ex stirpe *i* prodit latinum *is*, *ea*, *id* et gothicum *is*, neutr. *ita*; nominativus feminini non legitur, accusativus autem habet *ija***), quod contuleris cum sanscrito इयम् *iyam*, *ea*. Verisimile est, stirpem एत *eta*, cuius nominativus masc. gen. est एषस् *eschas*, *hic*, inde natam esse, quum latinum *is*, *ea*, *id* vocalem *i* cum vocali *e* commutare soleat et in lingua sanscrita *e*, quod diphthongus est, vel ex *ia*, vel ex *ai* originem trahat. E nominativo एषस् *eschas* Persarum nominativus pluralis ایشان *ischan*, *illi*, et pronomen suffixum ش *sch* sive اش *esch* e. c. برادرش *bradersch*, *frater eius*, explicari potest. Stirps *i* efficit cum syllaba दम् *dam*, latina *dem* in *idem*, et *dam* in *quidam*, nominativum इदम् *idam*, cum syllaba comparativa तर *tara* pronomen इतर *itara*, *alius*, cuius accusativus est इतरम् *itaram*. Habes latinum *iterum*, de quo Forcellinus in lexico: *Volunt etymologi esse ab iter: quasi eadem via rursum ineatur*. A. Grotefendus ***):

*) Ueber einige Demonstrativstämme, p. 7.

**) Cf. Ulfilanische Sprachl., p. 33.

***) Ausf. Gr. I, p. 220.

„*Adverbia*, inquit, *pronominalia* *ita*, *tam* e terminationibus adverbiorum *ter* sive *iter* et *tim* orta esse videntur, quum *ter* proprie esset *ta*, ut *aliuta* pro *aliter* prodit. *Item* et *iterum* cognata sunt vocabulo *ita*, ut *tunc* particulae *tam* et *nunc* particulae *tunc*.“ Imo *ita* compositum est ex stirpibus *i* et *ta*, cuius correlativum esset *quita*, *ter* est syllaba comparativa (de qua infra), quae nonnumquam *i* euphonicum praemittit, ut in *circ—i—ter*, *tem* et *tim* superlativum indicant. (V. infra.) Putatne Grotefendus, praepositiones *praeter*, *subter* proprie fuisse *praeta*, *subta?* Pergit: „*Ex ibi*, *inde*, *ita orta sunt indefinita ubi*, *unde*, *uti* (*ut*) *mutata vocali*, *sive*, *ut verisimilius est*, *aspirationis ope*, *ut esse deberent: vibi*, *vinde*, *viti*, *ut in lingua graeca ex* ἔνθα*) *factum est* ὅθι, *ex* ἔνθεν *autem* ὅθεν.„ Nonne vidit Grotefendus, haec adverbia artissime coniuncta esse cum pronominibus? iocaturne, quum ὅθι ex ἔνθα et ὅθεν ex ἔνθεν derivat? Ex adverbio इह *iha*, *hic*, mutato *h* in *g*, ut ex अहम् *aham ego*, et suffixo *tus*, quod est in *coelitus*, *divinitus*, cuius *s* in *r* transiit, nasci potuit latinum *igitur*. In lingua graeca huc referendus est nominativus pronominis reflexivi ἵ sive ἱ et adiectivum ἴσος. His addi liceat ι demonstrativum in οὑτοσί, τοσουτονί etc. Particula ἵνα num ex stirpe *i*, an ex stirpe ὁ, mutata vocali, derivanda sit, Boppius in dubio relinquit, notat autem, syllabam να etiam in dorico τῆνος reperiri.

---

*) De ἔνθα et ἔνθεν cf. Caroli Schmidt dissertatio de praepositionibus graecis. Berolini 1829, p. 16—25.

Pronomini इदम् *idam* a grammaticis tribuitur dativus अस्मै *asmai*, ex stirpe अ *a* et syllaba स्म *sma*. Ex hac stirpe Boppius derivat sanscritum अधर *adhara*, *inferior*, अधम *adhama*, *infimus*, et अधस् *adhas*, *infra*, Schmidtius praepositiones अति *ati*, *super*, अधि *adhi*, *super*, अप *apa*, ab, अव *ava*, *ad*, *de*, अभि *abhi*, *ad*, et graeca ἔτι et ἀτάρ. Ἕτερος peti posse dicit Boppius vel a numerali ἕν, vel ex stirpe pronominali अ *a* et suffixo comparativi.

Stirps quoque अन *ana* a grammaticis declinationi pronominis इदम् *idam* annumeratur. Atque hic quoque usque ad linguas semiticas progredi licet. De arabico أَنْ *an* Ewaldus:*) „*Radix* أن *an non dubitandum*, inquit, *quin ex origine pronominis demonstrativi vi praedita fuerit; remotius cum demonstrativo al cohaeret, ipsaque in pronominibus personalibus* أَنْتَ anta etc. *servata est. Sed solitarie posita non mansit nisi coniunctionis relativae vi, nostro dass, latino quod, graeco* ὅτι *respondens.*" Liceat hic quoque adiicere, quae de origine pronominum personalium habet, quae, quod nos de iis sentimus, dialectorum semiticarum auctoritate confirmant. Sunt vero haec **): „*Atque ipsa eorum etyma ex antiquissima sunt lingua, unde in lingua semitica aeque ac indogermanica similia. Nam hu* — הוּא *hu*, هُوَ *hua*, ܗܘ *hu* vel ܗܘ *hav — cohaeret cum demonstrativo hâ* — هَا — *lat. hic, saxon. hei; in anta* أَنْتَ, אַתָּה *attah* — ܐܢܬ *at* — et *ana* — أَنَا, ܐܢܐ *eno*, אֲנִי *ani — prae-*

*) Gr. crit. linguae arab. p. 353—354.

**) Gr. crit. linguae arab. p. 91—92.

fixum an facile elucet (vel in Kamuso 2, p. 1721 agnitum), ut illius etymon sit ta = tu, sanscr. τυ, συ — तु —; ana (אֲנִי *ani*) *decurtatum censeo ex* אָנֹכִי *anochi, ut oki conferendum sit cum ἐγώ*).*"

Stirpi अन *ana* affinis etiam est particula *an*, quae tam apud Latinos, quam apud Gothos et Graecos — ἄν — reperitur, et Persarum pronomen demonstrativum آن *ân, ille.* In hac stirpe Boppius duo inesse censet elementa, unum *a*, alterum *na*, et *êna* (एनम् *ênam* pro एतम् *êtam* dicitur) esse compositum ut *ê—ta.* Stirps simplex *na* superest in latino *nam*, et composita in *enim.* Hinc graecum *νίν*, *κεῖνος*, *ἐκεῖνος*, *τῆνος*; germanicum *je — ner*, cuius accusativus *je — nen* eodem modo ad accusativum *je — den* refertur ut in lingua sanscrita एनम् *enam* ad एतम् *êtam* et in lingua graeca *τῆνον*, *ἐκεῖνον* ad *αὐτόν*.

Quodsi mecum reputo, stirpem relativam य *ya*, ex qua est यस् *yas* या *yâ* यत् *yat*, *qui*, *quae*, *quod*, esse nostrum *ja*, gothicum *ja* et *jai***), facile adducor, ut stirpem न *na* eius correlativam existimem. Est ea negatio न *na*, graeca *νή*, persica نا *nâ* et نه *nih*, latina *ne* et *ni.* Non tantum sola hanc significationem tuetur, sed etiam quum stirpi *a* iuncta est. Recte igitur Buttmannus *ἀ* privativum proprie *ἀν* fuisse censet***):

---

*) Gesenius ausf. Lehrgebäude. S. 183 — 189. — Ewald, krit. Gr. der hebr. Sprache. S. 169 — 179.

**) Bopp, über einige Demonstrativst. S. 15.

***) Cf. Buttmann Lexilogus. 1. B. 2. A. Berlin 1825, p. 136. — Doederlein de ἄλφα intensivo sermonis graeci. Erlangen 1830, p. 21—24.

(*ἀνα*) *ἀν-*, *να-*, *ἀ-**). Conferri potest graecum *ἄνευ* et quod in dialectis antiquis Germaniae superioris legitur, *ano* sive *anú* **). Non enim differunt *ἀνήνεμος* et *νήνεμος*, *ἀνήγρετος* et *νήγρετος*, *ἀνήλιπος* et *νήλιπος*. Ex eadem stirpe *na*, cuius alia forma fuisse videtur *nu*, derivari possunt *nenu* s. *non* et *num*, inter quae magnam intercedere necessitudinem, iam Grammatici latini viderunt. Sensim eo pervenimus, ut et *ἀ* privativum, et particulas *ἄν*, ex qua cum suffixo *τί* praepositio *ἀντί* oritur, *non*, *num* et *an* communi origini vindicemus earumque usum clarius perspiciamus. In aliis compositis *na* vim tantum demonstrativam habet, ut in gothico *ain* et germanico *einer*, quorum correlativa sunt *jain(a)s* et *jener*, in *ἵνα*, *τῆνος*, *κεῖνος*, *ἐκεῖνος*, *νύν*, *nunc*, अनु *anu*, *post*, atque in praepositione graeca *ἀνά*, quae eadem in lingua gothica et dialecto Germaniae superioris antiqua legitur***). Latinum *enos*****) pro *nos* docere videtur, etiam नस् *nas*, *nos*, et नौ *nau*, quod est Graecorum *νώ*, ex aphaeresi quadam prodiisse.

Boppius ex stirpe अन *ana* etiam praepositionem graecam *ἐν* et latinam *in******), cuius naturam demonstrativam ex composito *inde* probat, derivari posse putat, nihil tamen obstare, quomi-

---

*) C. Schmidt de praepositionibus gr. p. 63.

**) Graff, die althochdeutschen Präpositionen. Königsberg 1824, p. 2 et 275—277.

***) Graff, p. 68—92.

****) A. Grotefend, ausf. Gr. I, p. 217.

*****) Ueber einige Demonst. p. 19.

nus etiam ad stirpem इ *i* referas. Quando vim negandi habet, convenit cum graeco ἀν sive ἀ privativo. Certe अन्तर् *antar*, Persarum اندر *ender*, est latinum *inter*. Ex stirpe अन *ana* praeter ἀντί et *ante* duci potest अन्तर *antara*, N. *antaras*, quod est latinum *alter*, अन्य *anya*, N. *anyas*, latinum *alius*, graecum ἔνιος, etiam ἄλλος, ex quo mutata significatione ortum est *ille*. A. Grotefendo tamen *is* — *le* est, sed unde sit syllaba *le*, nescire se fatetur.

Restat ultima, quae pronomini इदम् *idam* ascribitur, stirps declaranda, *ima*. Ex ea originem traxisse Persarum این *in* mihi quidem certum est, quum iuniores dialecti *m* in fine vocum emolliant in *n*. Lingua sanscrita habet e. c. in imperf. अबोधम् *abôdham*, lingua graeca ἔτυπτον. Observat Boppius*), hebraicum אם *im* et arab. إن *in* eiusdem esse originis. De particula إن *in* Ewaldus**): „*Est id ex origine en, sed usu semper in conditionalem particulam tralatum, qua actio ponitur digito quasi monstrata.*" Superest in lingua sanscrita accusativus इमम् *imam*, quocum Boppius confert graecum μίν, quod ipsum in accusativo tantum usurpatur, particulam *imo*, nisi malueris ex *ismo*, ut prima forma fuerit *immo*, ut ἐμμί prodeat ex ἐσμί, quod sit अस्मि *asmi*, et aeolica ἄμμες, ὔμμες ex ἄσμες, ὔσμες, in lingua sanscrita अस्म *asma* et युष्म *yuschma* (in acc. plur. अस्मान् *asmân* — युष्मान् *yuschmân*), *im-ago*, *im-itor*.

---

*) Ueber einige Demonstrativst. p. 21.

**) Grammatica crit. linguae ar. p. 359.

Praeter commemorata tertiae personae pronomina in censum venit अदस् *adas, ille.* Operae pretium est animadvertere, casus obliquos sing. et nominativum et accusativum plur. proficisci ex stirpe अमु *amu*, quum nominativus sing. असौ *asau* sit pro masculino et feminino. Ex hac stirpe Boppius*) derivat graeca *αὐτός, αὖϑι, ibi, hic, αὖϑις rursus* et latinum *autem*, in quo syllaba *tem* suffixum superlativi est. Si quem offenderit, quod litera m *exciderit*, eum ablegat ad vocabula कुमार *kumâra, puer*, कुमारी *kumârî, puella*, quibuscum comparare eum iubet graeca *κόρος, κοῦρος, κόρη, κούρη*.

Plurimum utilitatis graeci latinique sermonis etymologiae afferre censeo comparationem pronominis interrogativi, quod est in lingua sanscrita कस् *kas*, का *kâ*, किम् *kim*, cuius stirpes sunt कि *ki* et क *ka*; tertia accedit कु *ku*. Huius pronominis radicem etiam in linguis semiticis exstare, nulla est dubitatio. Boppius**) conferre suadet hebraica כִּי, *ki*, כֹּה *koh*, כָּה *kah*, (quod chaldaicum est) כֵּן *ken*, כְּ *ke* (כ similitudinis nuncupant) et arabica كَ *ka, sicut*, كَمْ *kam, quantum? quot?* كَيْفَ *kaifa*; *quomodo?* كَيْ *kai, ut*, cui simul coniunctio لِ *li* dilucidius praeponitur. Praeclare Ewaldus: *Radix ke* كَ, inquit, *interrogativi et relativi notione praedita in multis orbis veteris linguis culta diversissimis reperitur communi haud dubie e fonte ultimo****). Idem vir doctus docet, qui factum sit,

*) Ueber einige Demonstrativst. p. 13 — 14.

**) Ueber einige Demonstrativst. p. 16 — 17.

***) Grammatica crit. l. ar. p. 350 — 353.

ut pronomina interrogativa in relativa abirent*). Probe omnino tenendum est, pronominum stirpes in unius linguae dialectis significationes saepe permutare. Exemplo nobis sit stirps य *ya*, quae in lingua sanscrita est relativa, in germanica autem demonstrativa. Ad stirpem *ka*, *ki*, *ku* referri possunt persica كه *kih*, چه *tscheh*, كس *kes*, *quis*, *homo*, *quidam*, هر كس *her kes*, *unusquisque* (هر descendit a sanscritae linguae pron. सर्व *sarva*); graeca πού, πῶς, πώ, πότε, ποῖος, alia, pro quibus primam formam retinuerunt Iones κού, κῶς, κώ, κότε, κοῖος, permutatis literis gutturalibus cum labialibus. Latina huius stirpis sunt *quis? (quae, qua) quid? qui*, *quae*, *quod*, in quibus significatio interrogativa in relativam et indefinitam transit, tum particulae *quum* et *quam*. Sufficiat hoc loco indicasse tantum, quae uberiore disputatione indigent. Qui etymologia delectatur, linguam gothicam (*hwas*, *hwo*, *hwa* s. *hwah*) et dialectos germanicas perlustret! Gothi eiusdem organi literam pro *k* assumpserunt, conservarunt Angli in *who*, prorsus abiecerunt Germani in *wer*, *was*. Aug. Grotefendus**): „*In pronomine* *quis*, inquit, *c sive q ex fortiore tantum spiritu ante pronomen* *is natum esse videtur. Contra in tribus illis adverbiis indefinitis* *ubi*, *unde*, *uti spiritus solum in u transiit*, *quum proprie efferenda essent* *vibi*, *viti* (ab *ita*) et fortiore forma *quibi*, *quinde*, *quiti*." Sed quando mutant Romani *vi* in *u*? quando abiiciunt *qu*? In *c* et *q*, literis gutturalibus, nulla est aspiratio.

*) Gr. crit. l. ar. p. 337 — 339.

**) Ausf. Gr. I, p. 219.

Secundae personae pronomen est त्वम् *tvam* ex तु *tu* et अम् *am*. Pluralis formatur ex syllaba यु *yu*, quam comparo cum syllaba य *yá* in यस् *yas*, cui in obliquis casibus additur स्म *sma*, ita tamen, ut स् *s* ex euphoniae lege in ष् *sch* transeat. In quibusdam casibus sequitur radicem व, unde latinum *vos*. Persarum singularis est تو *tu;* pluralis شما *schuma* affinis est formae यूयम्, *yuyam**). Aeolicas formas *ἄμμες* et *ὔμμες* supra comparavimus; semiticam explicavit Ewaldus. *Te* in *tute* est ex stirpe त *ta*.

Primae personae pronomen est अहम् *aham*, zendice *azêm*, graece *ἐγώ*, lat. *ego*. Proprie apud Graecos quoque *ἐγώμ* fuisse videtur, sed *μ* emollitum est in *ν* in Homerico *ἐγών*, tandem plane abiectum. Obliqui casus partim a म *ma*, partim a मे descendunt. Accusativus, Dativus et Genitivus in plurali नस्, *nas*, ut iam vidimus, atque in Duali नौ, *nau* vicarias formas admittunt, quarum altera cum Latinorum pronomine *nos*, altera cum Graecorum *νώ* convenit**). Persae nominativum, qui est من *men* a radice obliquorum casuum derivant***).

Egomet comparari potest cum *sese*, quum *met* proprie idem sit ac *me*; postea vero etiam pronominibus *tibi*, *se*, aliis annexum est****). Haec est enim pronominum natura, ut libenter duplicentur.

---

*) Possart, Grammatik der pers. Sprache. Leipz. 1831, p. 55—56.

**) Cf. Bopp, Gr. crit. l. sanscr. p. 131.

***) Grotefend, ausf. Gr. I, p. 218.

****) Possart. Gr. der pers. Sprache, p. 53 — 54.

Mirari subit, Augustum Grotefendum pronomina, quae dicit primitiva, *ego*, *me*, *tu*, *se*, *nos* et *is* cum casibus suis *ei*, *im* derivare e terminationibus verborum personalibus nominisque terminationibus, quae significando generi et declarandis casibus inserviunt. Iam supra eius sententiam commemoravimus, sed quum operae pretium sit videre, quibus eam muniat argumentis, paullo accuratius eius originem cognoscere iuvabit. Ut formaret vocabulum, quod per se esset, terminationem personalem vel casus iunxisse se dicit vocali *é*; factum esse hoc modo e terminatione primae personae *e*' *o*, digamma autem transiisse in *g*; e terminatione *m*, quae postea invaluerit, (nobis prima et antiquissima est) ortum esse *me* sive *eme*, quod primum eiusdem fortasse significationis cum *ego* fuerit, postea vero obiectum, quod dicunt, indicasse, *me* autem casus suos ad modum substantivorum effinxisse; e terminatione secundae personae, quae *to* fuerit, (putat pro *legis* dictum esse *legito*) prodiisse *tu* cum Genitivo *tui*; *te* et *tibi* ad analogiam casuum *me* et *mihi* esse formata; pronomen reflexivum natum esse ex signo rationis reflexivae '*e* sive *se*, ex quo passivum ortum sit (putat *legor* esse e *legose*, *legore*; *legitor* e *legitose*, *legitore*; *legimur* e *legimuse*, *legimure*), casuum formationem mutuatum esse ex cognato *tu*; e terminatione primae personae *mus* (fortasse proprie *mos*) factum esse *nos* sive *enos*, in Dativo pluralis e *nobus* factum esse propter obscuram vocalem *o* prioris syllabae *bis* — *nobis*.

Pronomen secundae personae pluralis *vos* ex analogia pronominis *nos* per omnes casus explicat, ut apud Graecos *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς, νῶϊ* et *σφῶϊ* distinguantur; ex secunda enim persona verbi hoc pronomen non commode formari potuisse, quum haec ipsa a tertia persona singularis nonnisi addito *n* (*legito, legunto*) differat. Haec Grotefendus*).

Maximi momenti sunt in linguis, praecipue recentioribus, praepositiones. Atque de graecis, quibuscum summo cum acumine praepositiones linguae sanscritae, latinae et cognatarum dialectorum comparat, egregie disputavit Carolus Schmidtius**). Utilissimam in eo posuit operam, ut demonstraret, eas descendere omnes, quod Boppius primus vidit, a pronominibus. Docet cum Boppio***), A. Guil. a Schlegel****), Ramshornio, aliis, eam esse praepositionum, quae quidem vere proprieque sic vocentur, vim et potestatem insitam, ut loci significent conditionem. Quid inde effici vult, ipsius verbis referre praestat. „*Praepositiones*, inquit, *quum loci indicent affectiones, conveniunt in hac re cum casibus nonnullis idem significantibus et ad eos referuntur, hoc ipsum autem referri quid est aliud, quum per se nihil valeant praepositiones, quam relatio et quasi traductio alius rei ad casus, quae res nulla potest esse*

*) Ausführl. Gr. I. p. 217 — 218.

**) De praepositionibus graecis. Berol. 1829.

***) Die Präpositionen bezeichnen ursprünglich Raumverhältnisse. Abh. d. kön. Acad. d. Wissens. J. 1826.

****) Ind. Bibl. I. p. 332 — 333.

nisi verbum. Praepositiones itaque, quum nominum sunt casus, verborum sunt. Antiquissimis temporibus non videntur a verbis dispesci potuisse, quod post ita est immutatum, ut ad verbum quidem etiamnum pertinerent, earum tamen locus esset liberior, ita ut interdum ferme adverbiorum esse viderentur potestate, deinde etiam ad nomina apponerentur." — Exemplum affert Il. 2, 219 ss. — „*Ex illo liberiore praepositionum positu, quem propter nec vere facerent compositionem cum verbo, nec vere essent praepositiones, quum vel casum, quem proprie flagitarent, negligerent, veluti sunt Ciceronis illa:* mala bonis ponit ante: *factum esse credo, ut nonnullae vere fierent adverbia interdum. Ex ea praepositionum natura atque proprietate explicatur, quod nonnullae propriam suam vim in compositione tantum retinuerunt. Ad eamque opinionem quum alia ducant vestigia, tum non parvi videtur esse momenti verborum componendorum lex et consuetudo.*" Spitznerus praepositiones, quae proprie sic vocentur, fuisse dicit adverbia loci, quibus quae inter duo nomina intersit necessitudo, distinctius explicetur et accuratius definiatur*).

Ex praepositione अधि, *adhi*, *trans*, *super*, *ultra* explicat Schmidtius graecas praepositiones *ἐν* et *εἰς*, quas antiquitus unam eamdemque vocem fuisse putat usu tantum paullatim

*) Cf. Francisci Spitzneri Dissertatio de vi et usu praepositionum *ἀνά* et *κατά* apud Homerum. Vitebergae, 1831. 4. Cf. quoque de praepositionibus Lassen — Ind. Bibl. III, p. 63 - 76.

separatas, ex ἐνθί ortas. „*Opportune*, inquit, *sanscrita dialectus suas praebet opes. Quodsi enim considero, ex* अपि *api* ἀμφί, *ex* अभि *abhi* — ἐφί — ἐπί, *ex* अति *ati* ἀντί, *ante fieri, contendo* ἐνθί *esse ex* अधि *adhi, quod est latinum ad. Romani, qui saepe graecis, interdum vel sanscritis antiquiores formas servarunt, sine ulla mutatione alia, quam quod eiecto i pro aspirata finali ex lege mediam ponerent, ad dixere. Graeci vero, cupidiores illi, quam ut quidquam ab aliis traditum ipsis intactum relinquerent, mutaverunt, quumque primum i omisissent, prorsus suo more*“ (ut e. c. radicibus λαθ et λαβ literam nasalem inserunt). Boppius suffixum धि *dhi* degenerasse opinatur a suffixo ति *ti*, ut persica praepositio اندر *ender* nascatur ex praepositione अन्तर् *antar*, *inter*, provocatque ad usum eius frequentem in lingua graeca, non solum in stirpibus pronominum, sed etiam in substantivis, quibuscum adverbia format, e. c. ὅθι, ἄλλοθι, οὐρανόθι. अ *a* est stirps pronominis.

अति *ati*, *super*, *supra*, *trans*, *ultra* eadem cum graeco ἀντί, latino *ante* forma in vocabulo अन्तिक *antika*, *propinquitas*, apparet. Schmidtius ἔτι, *adhuc*, ab अति *ati* derivat.

अपि *api*, cum aphaeresi पि *pi*, *super* significare videtur. Est graecum ἀμπί, ἀμφί sicuti ex अति *ati* ἀντί, litera nasali interposita, quae propter sequens π est labialis, et ex ἀμπί oritur ἀμφί. Simillimum eius mutationis exemplum affert Schmidtius substantivum verbale ὀμφή, *vox*, ex ἔ - πω. Quod ad literae nasalis interpositionem attinet, recte arbitratur a

grammaticis et lexicographis graecis *ὀμπή*, *alimenta*, *fruges*, et *ὄμπνιος*, *opimus*, *opulentus*, conferri cum latino *opes*.

अभि *abhi*, *ad*, est Graecorum *ἐπί* et Latinorum *ob* et *apud*. Schmidtius: „*Miro*, inquit, *modo lusit consuetudo in his vocibus. Quod enim vidimus ἀμπί dicendum fuisse, id ἀμφί et vice versa ἐπί cernimus esse dictum, quum debuisset ἐφί a sanscrito* अभि *abhi. Indorum enim bh, dh* et *kh solent graece esse φ, ϑ, χ. Latinae voces* apud, ob *cum sanscritis* अपि api, अभि abhi *et graeco ἐπί eodem cohaerent modo, quo* अप apa, *ἀπὸ*, ab, उप upa, *ὑπό*, sub, अधि adhi, ad, नभस् nabhas, *νέφος*, nubes (a न *na non* et भा bhâ, lucere) *ipsumque graecum ἐπί verisimile est olim sonuisse ὀπί, quod reliquum est in compositis vocibus, veluti ὀπώρα, ὀπάζειν, ὀπάζεσθαι.* Huius praepositionis suffixum भि *bhi* Boppius reperiri dicit in vocabulis latinis *ibi*, *ubi*, *tibi*, *sibi* et graeco *αὐτό—φι*, nec dubitat, ut in praecedentibus अ *a* ad stirpem pronominis trahere.

परि *pari*, *circum*, esse graecum *περί*, *πέρ*, Latinorum *per*, unusquisque videt. उपरि *upari* est *ὑπέρ*, latinum *super**). परा *parâ*, *retro*, *reversus* est graecum *παρά*, प्र *pra* graecum *πρό*, latinum *pro*, *prae*. प्रति *prati*, *contra*, *e regione*, est graecum *προτί*. *Πρός* Thierschius decurtatum putat ex *πρόσω*; lingua sanscrita autem satis indicat, formam antiquissimam fuisse *προτί*, ex qua amputato *ι*, et quod Graeci in fine vocum non ferunt, *τ* mutato in *ς* factum sit *πρός*. Schmidtius compositum

*) Cf. Lassen — Ind. Bibl. III, p. 63 — 64.

esse putat ex प्र *pra* et अति *ati.* अप *apa* est graecum *ἀπό*, latinum *ab*, उप *upa*, *ὑπό*, *sub*.

Praepositiones परा *parâ*, प्र *pra* et परि *pari* proprie cum अ *a* incepisse, idem vir doctus ex iis colligit, quae ab उ *u* ordiuntur. A praepositione अव *ava*, *ad*, *de* eadem aphaeresi deducit वि *vi*, Persarum بی *bi*, quod cernitur in latino *ve*, e. c. *vecors*, *vesanus**), et in praepositione वहिस् *vahis*, *extra*, et ex अन *ana*, quod olim in lingua sanscrita fuisse ex praepositione अनु *anu*, graeca *ἄνευ*, coniicit, नि *ni*, *deorsum*, *sub*. उ *u* in उप *upa*, *ὑπό*, उत् *ut*, sursum, उपरि *upari*, Boppius ex eadem stirpe pronominis ducit, ex qua prodeunt *u-ti*, *u-ter*, *u-bi*, *um-quam*, *us-quam* et *us-que*. Provenit quoque ex hac stirpe, quae non amplius reperitur, particula expletiva उत *uta*.

सम् *sam*, *cum*, *σύν*, Persarum هم *hem*, Germanorum *samt*, Schmidtius e nomine ortam esse dicit, ita ut neutrum sit priscae radicis स *sa* in compositis non raro conspicuae. Negat igitur veram esse praepositionem. Quum omnes praepositiones a pronominibus derivet observassetque omnes proprie a vocali incipere, vocali terminari, praeter *σύν* et *ἐξ*, *διά*, *κατά*, *μετά*; has improprie praepositiones esse iudicat.

Vidimus supra, quo potissimum signo in genere masculino et feminino nominativus a casibus obliquis distinguatur. Operae igitur pretium facturum me esse confido, si de casibus

*) Ind. Bibl. I. p. 350. A. Grotefendus latinum *ve* e graeco *ἠ* natum dicit.

obliquis quoque Boppii sententiam cum lectoribus meis communicavero. Ac primum quidem tenendum est, nonnullis tertiae personae pronominibus in singularis tantum nominativo stirpem e nobiliore materia esse cusam, in pluralem numerum ignobiliorem cadere, deinde ubi *s* in declinatione aliorum nominum pluralis numeri nominativo contigerit, idem in *accusativo* pluralis usurpari. Atque hanc quidem legem lingua sanscrita constantissime servat. Nam pronomina masculina in plurali *s*, nominativi signum, non assumunt. Habet igitur pronomen सस् *sas*, सा *sâ*, तत् *tat* in plurali ते *te*, तास् *tâs*, तानि *tâni;* ते *te* autem conferri potest cum dorico *τοί* et gothico *thai*. Eamdem analogiam in lingua graeca et latina sequuntur omnes nominativi, qui in *i* exeunt, ut *λόγοι, δίκαι, Romani* pro *Romanoi*, *Romanae* pro *Romanai*. Hanc nominativi in plurali cum casibus obliquis similitudinem inde esse explicandam, quod res singulae unam notionem constituant, supra iam indicavimus.

Praepositionum quae sit vis et potestas, non solum in verborum compositione cernitur, sed etiam in declinatione in casibus formandis, ita tamen, ut substantivis non praefigantur, sed annectantur*).

Instrumentalis, qui linguae graecae latinaeque deest, आ *â* terminatur, quod Boppius praepositionem आ *â*, quae in hac compositione *per* significet, esse putat. Quum eiusdem sit cum

*) Cf. etiam Lassen — Ind. Bibl. III, p. 66 - 70.

अभि *abhi* significationis, ingeniose coniicit, syllabam भि *bhi* abiecto आ *â* has subire mutationes, भ्यम् *bhyam* (in तुभ्यम् *tubhyam*) भ्याम् *bhyâm* (in वारिभ्याम् *varibhyâm*) भिस् *bhis* (in वारिभिस् *varibhis*, et भ्यस् *bhyas* in वारिभ्यस् *varibhyas*), sine additamento autem in Latinorum *tibi*, *sibi* et cum significatione locali in *ibi* et *ubi* deprehendi. Cum *s* finali efficit *instrumentalem* pluralis numeri, et statui posse videtur, hanc fuisse primam huius casus formam, et तैस् *tais* e. c., cuius femininum est ताभिस् *tâbhis*, eiecto भ् *bh*, quod ut graecum digamma saepe excidere solet, proprie fuisse तभिस् *tabhis**). Non aliter sensim Romanorum *bus* in prima et secunda declinatione**) latina in *is* transiisse, docent, quae servatae sunt in inscriptionibus formae *diibus*, *dibus*, *filibus****). Graecorum φι et φιν, quam ex antiqua quadam declinatione Grammatici superesse dicunt, (e. c. in βίηφι) idem vir doctissimus ex suffixo भि *bhi* explicat. Erat fortasse proprie भिस् *bhis*, cuius *s* secundum analogiam (ut τύπτομες in τύπτομεν) in ν transiit, et hoc intercedebat discrimen, ut φι singulari numero, ut *bi* latinum, φιν autem plurali tribueretur. Terminationem φι et φιν dativo praecipue convenire, notum est. Utcumque demum est, nemo negabit, hanc commodissimam esse huius syllabae interpretationem. — Dativus et ablativus pluralis terminatione भ्यस् *bhyas*, quae Lati-

*) Cf. Lassen — Ind. Bibl. III, p. 70 - 74.

**) Antiquissimam declinationem esse tertiam, statuunt Ramshornius (p. 39 Gr. lat. ed. 2) et A. Grotefendus (Ausf. Gr. 1, p. 200-201.)

***) Cf. A. Grotefendus p. 200-201, Ramshornius p. 41.

nis *bus* est, formatur*). *Dativi* sing. in lingua sanscrita terminatio et character est ए *e*. Graecorum et Romanorum *Dativum* sing. cum Locativo Indorum eodem modo cadere, unusquisque videt. Recte igitur Fridericus Rosen, qui nunc academiam Londinensem ornat, etiam Genitivo primae et secundae declinationis eamdem cum Locativo Indorum originem terminationemque vindicat. Genitivus enim, dum in *i* exit vel cum praecedente *a* in *ae* mutat, ubi tamen antiquiores *ai* tuentur, Locativi significationem servat. Lucem inde nanciscuntur Locativi latini *domi*, *ruri*, *humi***). In prima et secunda declinatione latina Dativi nota et character in Genitivum transiit; *i* autem Locativi Indorum et Dativi Graecorum Romanorumque ex syllaba भि *bhi* remansit.

Ablativus singularis linguae sanscritae characterem *t* sive *d* habet, ortum ex pronomine सस् *sas*, सा *sâ*, तत् *tat*, idque cum ablativo Latinorum convenire, facile sibi persuadebit, qui meminerit, in antiquissimis linguae latinae monumentis, in Columna Rostrata et Senatus consulto de Bacchanalibus, hanc reperiri formam, e. c. *praesented sumod dictatored*,

---

*) A. Grotefendus: *Genitivi et dativi*, inquit, *pluralis terminationes explicare non possumus. Fortasse proprie vocabula erant; antiquiore aetate etiam* on *et* ebos *sonabant*. Ausf. Gr. I, p. 199.

**) A. Grotefendo *humi, domi, Lacedaemoni* sunt Dativi, cogitari enim locum rem tamquam in sinum suum recepisse. A. Gr. I. 199-200. Genitivus ei est casus *procreantis*, Dativus *concipientis*, Accusativus *patientis*. A. Gr. I, p. 196.

*sententiad**). Haec etiam lingua zendica confirmantur, in qua a vocab. *ap* (aqua), cuius Nom. est *âfs*, Acc. *âpem*, nom. pl. *âpô*, ablat. legitur *apạt*, a voc. *âtar* (ignis), *âthrat***).

In Genitivo singularis stirps illa demonstrativa स *sa* eodem modo ut in Nominativo adiungitur vocabulo. Huius rei ratio inde explicanda videtur, quod Genitivus tanti momenti est, ut Nominativum ab eo superari Godofredus Hermannus declaraverit. Et plus saepe in eo inest vigoris, saepe in eo, ut aiunt, cardo rei vertitur.

In plurali numero sanscritae linguae Genitivus est साम् *sâm*, quod idem repeti potest a radice स *sa*, cuius s apud Romanos in *r* transit***).

Locativus casus linguae sanscritae in duali numero eodem modo quo Genitivus cadit, sed in singulari et in plurali suam habet formam, quae in plurali quidem *su* est. Quamquam id explicatu est difficilius, quodammodo tamen cum Genitivo plur. congruere videtur****).

*) Cf. A. Grotefendi A. Gr. p. 166-170.

**) Cf. Bopp. — Jahrbücher für wissenschaftliche Kritik N. 46-48 März 1831 p. 380-381.

***) A. Grotefendus: *Prima et secunda declinatio terminationem* aum et oum *vel contraxit in* ûm, *ut in* coelicolûm, nummûm, *vel digamma inter vocales in* s *auxit, quod tandem in* r *mutatum est,* c. c. bona'um, bono'um, bonarum, bonorum. A. Gr. I, p. 200.

****) Haec leguntur in doctissima Boppii disputatione, cuius supra mentionem fecimus: Vergleichende Zergliederung des Sanscrits und der mit ihm verwandten Sprachen. 3. Abth. Ueber das Demonstrativum und den Ursprung der Casuszeichen. Abb. der kön. Ak. der Wissens. v. J. 1826.

Adiectiva linguae sanscritae maxime et forma et compositione cum adiectivis graecis latinisque consentiunt, sed maiorem terminationum copiam exhibent*). Nec minus gradus comparationis**) intimam cum reliquis dialectis affinitatem loquuntur. Comparativi forma est vel तर *tara*, persice تر *ter*, graece *τεϱος*, vel ईयस् *îyas*, quae rarior est, graece *ιων*, quocum latinum *ior*, mutato *s* in *r*, convenit, superlativi vel तम *tama*, vel इष्ठ *ischtha*, graece *ιστος*, quae etiam rarior est. Exempla sint: महत्तर *mahattara*, *maior*, महत्तम *mahattama*, *maximus*, persicum به *beh*, *bonus*, بهتر *behter*, *melior*, بهترين *behterîn*, *optimus*, *graeca σοφώτεϱος*, *σοφώτατος*, *βελτίων*, *βέλτιστος*, latinum *exter*, *exterior*, *extimus*. Terminationem तर *tara* Boppius ducit a radice तृ *trî*, quae *transgredi* significat, et suffixo अ *a****). Ut lingua latina in aliis formis prope ad linguam sanscritam accedit, ita in superlativo formando amice cum ea conspirat. Proprie est enim superlativi signum *tem*, *timus*, *tumus* (cf. *op-tumus*), quod vel in *simus*, vel in *rimus*, vel in *limus* pro cuiusvis adiectivi natura transire potest. In adverbiis terminatio abiicitur *(cf. viritim, gradatim)*. तर *tara* in linguae latinae comparativo periit. Servata est in vocabulis *praeter*, *propter*, *subter*, *inter*, *exter*, *alter*, *uter*, *neuter*, aliis.

---

*) Cf. Boppii Gr. crit. linguae sanscr. p. 115-119.

**) Cf. Eiusd. Gr. crit. l. s. p. 119-122.

***) Cf. Boppii Gr. crit. l. s. p. 120 et Eiusd. Ausführliches Lehrgebäude der Sanscrit-Sprache. Berlin, 1827 p. 289-291.

Hand alienum a consilio meo esse duco, mirum *nominum numeralium* in sermone sanscrito cum iisdem cognatarum aliquot dialectorum vocabulis exemplorum quorumdam auctoritate breviter ostendere consensum. Sunt vero haec: एक *êka* (क *ka* est suffixum, ए *ê* ad stirpes pronominum referri potest), persice یک *jek*, gothice *ains*, *aina*, *ain*, *unus*, *a*, *um*, graece εἷς, μία, ἕν; द्वि *dvi*, pers. دو *du*, gr. δύω et δύο, lat. *duo*, goth. *twai*, fem. *twos*, *twaddjos*, n. *twa*; त्रि *tri*, pers. سه *sih*, gr. τρεῖς, τρία, lat. *tres*, *tria*, goth. *thrins*, *thrija*; चतुर् *tschatur*, pers. چهار *tschehâr*, s. چار *tschâr*, lat. *quattuor*, goth. *fidwor*, in compositionibus *fidur*, gr. τέσσαρες, dor. τέττορες s. τέτορες, aeol. πίσυρες; पञ्चन् *pantschan*, pers. پنج *pentsch*, gr. πέντε, aeol. πέμπε, goth. *fimf*, lat. *quinque*; षष् *schasch*, pers. شش *schesch*, hebr. שֵׁשׁ *schesch*, ar. ستّة *sittathun*, f. ستّ *sittun*, chald. שִׁתָּא *schitta*, f. שֵׁת *schet* s. שִׁית *schît*, syr. ܫܬܐ *schto* s. ܐܫܬܐ *eschto*, f. ܫܬ *schet*, gr. ἕξ, lat. *sex*, goth. *saihs*. सप्तन् *saptan*, lat. *septem*, zend. *hapta*, pers. هفت *heft*, gr. ἑπτά, goth. *sibun*, hebr. שֶׁבַע *scheba*, ar. سبعة *sabathun*, f. سبع *sabun*, chald. שִׁבְעָא f. שְׁבַע, syr. ܫܒܥܐ *schabo*, f. ܫܒܥ *scheba*; अष्टन् *aschtan*, pers. هشت *hescht*, gr. ὀκτώ, lat. *octo*, goth. *ahtau*; नवन् *navan*, lat. *novem*, gr. ἐννέα, pers. نه *neh*, goth. *niun*; दशन् *dasan* *), gr. δέκα, lat. *decem*, pers. ده *deh*, goth. *taihun*; ऊनविंशति *unavinsati*, undeviginti; विंशति *vinsati*, *viginti*, pers. بيست *bîst*, (بي *bi* in lingua sanscrita est वि *vi* **),

*) श् *s* in cognatis dialectis fere semper in *k* transit. Cf. Glossarium sanscritum a Francisco Bopp. Berolini, 1830 p. 112.

**) Cf. Fr. Schlegel, Ueber die Spr. u. Weish. der Indier p. 30.

litera nasalis excidit, vocalis in fine, ut fieri solet, abiicitur), gr. *εἴκοσι*, dor. *εἴκατι* *), goth. *twaimtigus*; शत *sata*, pers. صد *sad*, gr. *ἑκατον*, *centum* **), goth. *taihuntaihund* s. *taihuntekund* s. *hund*; सहस्र *sahasra*, pers. هزار *hesâr* mille.

Ordinalia ex cardinalibus formantur, e. c. सप्तम *saptama*, *septimus*. Persae م *m* tantum supponunt, e. c. هفتم *heftem* ***).

Verba Indorum, Graecorum, Latinorum, Persarum, Germanorum non admodum inter se differre, iam ante hos quindecim annos acute et erudite docuit, cui tam multa in hac scriptione me debere grato animo profiteor, Franciscus Boppius in egregio libro de coniugatione linguae sanscritae, quem uberius et copiosius in grammaticis suis explicavit ****). Erudite quoque eamdem viam ingressus de personarum et temporum formis in lingua graeca et latina nuper disseruit Fridericus Augustus Landvoigtius, Gymnasii Merseburgensis Con-

---

*) A. Gu. a. Schlegel — Ind. Bibl. I, p. 322; Buttmanni Lexilogus II, p. 264.

**) Ind. Bibl. I, p. 322.

***) Octo linguarum numeralia comparat Ramshornius in: Lat. Synonym. p. XIII.

****) Cf. Franz Bopp über das Conjungationssystem der Sanscritsprache in Vergleichung mit jenem der griechischen, lateinischen, persischen und germanischen Sprache. Herausgegeben und mit Vorerinnerungen begleitet von Dr. K. J. Windischmann. Frankfurt a. M. 1816. De verbo ind. cf. Ch. Lassen — Ind. Bibl. III, p. 76 ss.

rector et Professor*). Et tanti est haec res atque ita in linguarum sacraria introducit, ut verbum indicum, graecum et latinum per omnia genera, modos, tempora, numeros et personas libenter collaturi essemus, nisi libelli scholastici angustiae nos prohiberent. Coniugatio enim verbi indici cum coniugatione graeci et latini comparata docet, in utriusque linguae grammatica antiquissimas formas, quas noscere operae pretium est, nobis non exhiberi, earum vero originem linguae sanscritae ope indagari posse. Ut breves simus, unum tempus praesens indicativi modi, activi generis sententiam nostram confirmet. Est in lingua sanscrita a radice तुद् *tud, vexare:*

Sing.	तुदामि *tudâmi*	तुदसि *tudasi*	तुदति *tudati*
Dual.	तुदावस् *tudâvas*	तुदथस् *tudathas*	तुदतस् *tudatas*
Plur.	तुदामस् *tudâmas*	तुदथ *tudatha*	तुदन्ति *tudanti.*

Primam verbi graeci formam hanc fuisse putamus:

Sing.	*τύπτομι,*	*τύπτεσι,*	*τύπτετι.*
Dual.	*τύπτομες,*	*τύπτετος,*	*τύπτετος*
Plur.	*τύπτομες,*	*τύπτετε,*	*τύπτοντι.*

---

*) Ueber die Personformen und Tempusformen der griechischen und lateinischen Sprache. Erste Abtheilung einer vergleichenden Uebersicht der Conjugationsformen beider Sprachen von F. A. Landvoigt. Merseburg, 1831. 4.

Verbi latini exemplum sit:

Sing. inquam, inquis, inquit

Plur. inquimus, inquitis, inquiunt.

Si quis attento animo has verbi terminationes consideraverit, facile intelliget, eas non casu fortuito esse ortas. Quod in prima persona sing. et plur. regnat *m*, e themate casuum obliquorum म *ma* vel मे *me*, et व् *v* in prima Dualis persona ex अवाम् *avâm*, *nos ambo*, vel वयम् *vayam*, *nos*, explicandum est; *s* secundae personae ex stirpe तु *tu* fluxisse videtur, quum *s* et *t* vices suas saepe permutare soleant (cf. Graecorum *σύ* et *τύ*); *t* tertiae personae pertinet ad stirpem त *ta**).

Persae etsi breviores formas amant, literae م *m* tamen primae personae pepercerunt. Formant enim ex infinitivo پرسيدن *pursiden*, *interrogare*, tempus praes. ميپرسم *mipursem*, *interrogo*. Graeci abiecta primum litera vocali ultima et producto *ὀ*, quod radicem cum terminatione coniungit, *μ* quoque perire sinunt; sed prima forma reliqua est in verbis, quae dicuntur in *μι*. Duo in lingua latina supersunt verba, quae indicant, idem *m* proprie primae verborum personae fuisse terminationem, sed nulla litera vocali adiuncta, *sum* et *inquam*. Servatum est quoque in aliis verborum modis et temporibus, ut in *amabam*, *amem*, *legam*. Quod maxime placebat Romanis *m*, adeo in fine vocis ingratum erat Graecis, ut vel tenuiorem sonum *ν* eius locum occupare iuberent, vel plane delerent. Est

*) Cf. Boppii Grammatica critica linguae sanscritae, p. 143.

igitur in prima singularis imperfecti persona ἔτυπτον pro ἔτυπτομ. Primam Dualis personam Graeci eodem aut non multum diverso modo efferunt ut primam pluralis numeri; Latini in verbis Duali carent, in nominibus *duo* et *ambo* eius vestigia reperiuntur. Prima pluralis persona in lingua sanscrita est मस् *mas*, apud Dorienses μες, quod in μεν in aliis dialectis mutatum est, apud Latinos *mus*.

Secundae personae sing. numeri terminationem apud Graecos proprie σι fuisse, testatur doricum ἐσσί. Quod in duali in lingua sanscrita est थस् *thas*, a graeco τος, cuius ς in ν transiit, et quod in plurali est थ *tha*, a graeco τε aspiratione tantum differt. *Legis* vocali in fine caret et *legitis* adiunctum habet *s*, unde Landvoigtius coniicit, etiam apud Graecos quondam fuisse τες. Latine quoque *legite* pro *legitis* esse usurpatum, censet A. Grotefendus*).

In tertia sing. num. persona Graeci abiiciunt ι, quo abiecto τ in fine remanere nequit. Ut compensetur, ε in ει mutatur; terminatio dualis τον (s. τος) plane cum तस् *tas* congruit, et in plurali Dorienses pristinam formam servarunt. Simile est *legit* et *legunt*.

Vidit Boppius, futurum primum linguae sanscritae oriri ex participio futuri suffixo तृ *tri* terminati et praesente radicis अस् *as*, *esse*. Id quum conferret cum verbo graeco, fugere eum non potuit, etiam futurum primum linguae graecae non

*) Ausf. Gr. I, p. 184.

esse tempus simplex, sed compositum e radice verbi, e. c. *μαχ*, et tempore praesente verbi *εἶναι*, quod sensim futuri significationem obtinuerit, *ἔσω* = *μαχέσω*. Eadem ratione reliquorum temporum modorumque naturam persequutus est. Idem vir doctus felicissime exposuit verbi latini coniugationem. Docuit radicibus indicis भू *bhu*, unde est latinum *fuo*, et अस् *as*, *esse*, magnas in ea esse partes. Deducit syllabam imperfecti act. *bam*, perfecti *vi* et futuri *bo* a radice भू *bhu*, *si* autem a praesente *sum* (cf. *scrip-si*); *amamini*, quod A. Grotefendus*) interposita syllaba *in* ex *amamur* sive *amaminor* abiecto *or* et addito *i* ortum esse putat, participiis reddit et supino terminationem suam restituit. Est enim eadem cum infinitivo linguae sanscritae forma, quae radici syllabam तुं *tum* annectit**). Nihilominus tamen plerique grammatici, inter quos A. Grotefendus quoque referendus est, de supino in *um* et *u* loquuntur; Ramshornius vero recte scribit *ama-tum*, *lec-tum****). Fatendum est, multos errores grammaticis latinis graecisque inde obrepsisse, quod radicem non accurate a terminationibus distinxerint. Imitentur hac in re grammaticorum orientalium diligentiam!

---

*) Ausf. Gr. I, p. 185.

**) Ex infinitivo linguae sanscritae prodiit quoque infinitivus Persarum, qui vel تن *ten* vel دن *den* terminatur. भर्तुं *bhartum* est Persarum بردن *bürden, ferre*. cf. Guil. ab Humboldt Ind. Bibl. II, p. 97. et de cognatione linguae Persarum recentioris cum sanscrita A. Guil. a Schlegel Ind. Bibl. II, p. 318-19.

***) Lat. Gr. §. 59.

A. Grotefendus, cuius de derivandis temporibus sententiam comparationis causa referre visum est, perfectum act. ex praesente ita natum esse putat, ut pro terminatione radici ʽi aspiratum addatur, haec autem aspiratio modo in *v* (*colo*, *col-vi*, *colui*), modo in *s* (*dico*, *dic-si*, *dixi*) transeat, modo, quod producta vocalis loco correptae doceat, prorsus evanescat (*lego*, *leg-vi*, *lēgi*)*). In imperfecto indicativi activi radicem assumpta syllaba protractionis *ĕb* formasse terminationem *âm* sive *vâm* (*leg-ēb-ʽam* sive *legēbam***); inde prodiisse futurum cum terminatione praesentis *legēbo*, pro quo in tertia et quarta coniugatione coniunctivus praesentis in prima persona singularis usurpetur.

Mira et prorsus singulari ratione verbi *sum* originem explicat. Abscindi dicit verbi terminationes, quibus *e* loco radicis praeponatur, spiritum terminationis transire in *s*, et si ipse sit *s*, duplicari; sic formari coniunctivum praesentis *eʽim*, ex quo factum sit *ĕsim* et *sim*; deinde coniunctivum imperfecti *ĕ-sem* sive *essem*; tum indicativum inperfecti *eʽam* sive *esam*, unde *eram*; porro indicativum futuri *eʽo* sive *eso* (etiam *esco*) sive *ero*; *sum* esse pro *esim*, *es* pro *esis*, *sumus* pro *esimus*, *estis* pro *esitis*; *sunt* pro *esint****). Quantis ambagibus res simplicissima declaratur! Cur *e* terminationibus praeponatur, quid sibi velit

*) Ausf. Gr. I, p. 183.

**) Ausf. Gr. I, p. 184.

***) Ausf. Gr. I, p. 184.

spiritus, his de rebus nil certi definitur. Nonne probabilius est, verbum substantivum eiusdem cum radice अस् *as* originis esse? Quis, quaeso, persuaderi sibi patietur, verba attributiva prius fuisse, quam verbum substanstivum, partem orationis maxime necessariam? — Literam radicalem *e* proprie etiam in prima indicativi praesentis persona fuisse, confirmatur forma etrusca *esume*.

Pauca tantum tetigimus exempla, quibus demonstrari potest, quae et quanta explicandae graecae latinaeque grammaticae adminicula linguae sanscritae comparatio offerat. Liceat nunc radices quasdam et nomina addere, quibus manifestum fiat, multa utriusque linguae vocabula breviore via et commodiore ex communi quodam cum linguae sanscritae fonte, quam ex solis ipsarum opibus derivari.

गा *gâ*, *βάω*, *βαίνω*, *βίβημι*, *navi-ga-re*, nisi est *navem agere*, *to go**).

ज्ञा *dschnyâ*, *γνῶμί*, *γιγνώσκω*, *gnarus*, *to know***), *δάημι*, *διδάσκω*, pers. دانم *danem*, *scio*, a radice دانستن *danisten*.

दा *dâ*, *δίδωμι*, *da-re*, دادن *dâden*. दातृ *dâtri*, *dator*. दान *dâna*, داد dâd, *donum*.

---

*) Cf. de hac et ceteris radicibus Boppii Glossarium sanscritum p. 204 — 213.

**) Cf. Buttmanni Lexilogus II. p. 265. Summo iure censet, in hac radice linguarum europaearum affinitatem conspici.

धा *dhâ*, τίθημι, نهادن *nihâden*, imper. نه *nih*. Persico vocabulo additum est praefixum नि *ni*, *d* excidit, *h* sive aspiratio servata est*).

Saepe unius stirpis dialecti in eo tantum differunt, ut in quibusdam vocabulis vel literas aspiratas admittant, vel literis expulsis aspirationem tantum servent, vel aspiratione sublata literam nudam recipiant. Latini e. c. formant e graeco πλέκω *flecto*, Hispani e latino *filius* hijo, e *ferire* herir, Graeci e भृ *bhri* φέρω, Latini *fero*, Gothi *bairan*, *bar* tulit, Persae et Germani بردن *bürden***). Verbum آوردن *âverden*, *afferre*, descendit a radice भृ *bhri* et praefixo आ â ut افتادن *üftâden*, *cadere*, ab आ â et पद् *pad*. Huc pertinet quoque graecum βαρύς, βάρος, pers. بار *bâr*, onus, fortasse etiam ἀρημένος pro βαρημένος Od. 9, 403. Haud enim scio, an β ut digamma aeolicum perierit. ब *ba* et व *va* in lingua sanscrita saepe confunduntur***).

---

*) Cf. Bopp — Wien. Jahrbücher der Lit. Vol. 42 p. 258.

**) Optandum est, ut omnis haec de aspiratione literarum in grammatica graeca et latina disputatio, quae maximi est momenti, paullo accuratius et subtilius instituatur, quam adhuc factum esse constat. Quum ante biennium Bonnam transiens Heinrichium salutarem, audivi virum celeberrimum in scholis, quas de encyclopaedia philologica habebat, copiose et acute, ut solet, hac de re disserentem. Utinam quae secum commentatus est, mox publici iuris faciat!

***) Ind. Bibl. I, p. 318-321; cf. F. Bopp Lehrgeb. p. 14.

ध्मा *dhmá*, flâ-re, धूम *dhúma*, *θῦμος*, *fumus*, lithuanice *dumai*.

पा *pá* (पिवामि *pivâmi*) *πόω*, *πίνω*, *bibo*. पातुम् *pâtum*, *potum*.

पा *pá*, regere, पामि *pámi*, rego. पति *pati*, dominus, comparari potest cum latino *potis* et graecis *πόσις*, *δεσ- πότης*. Persicum vocabulum پادشاه *Pàdischah* descendit fortasse a पति *pati* mutato *t* in *d*, ut a मातृ *matri* fit مادر *mâder*, mater, ab अन्तर् *antar* اندر *ender*, inter, in, intus, et شاه *schah*, quod ortum est ex क्षत्त्रिय *kschatriya* sive क्षत्त्र *kschatra*, vir secundi vel militaris et regii ordinis. Hinc lumen accipit, quod apud graecos scriptores legitur *Σατράπης*. Est क्षत्त्रियप *kschatriyapa* sive क्षत्त्रप *kschatrapa*, bellatorum princeps, rex, vocabulum compositum, grammaticis indicis *tatpuruscha* appellatum*). प *pa*, regens, in fine compositorum invenitur.

भा *bhá*, *φάω*, *φαίνω*.

मा *má*, *me-tior*, *mo-dus*, *μέ-τρον*, *μι-μέομαι*, goth. *mi-ta*. Persicum est پیمودن *peimuden*, imper. پیمای *peimaï*. Praefixum persicum پی *pi*, *pei* sine dubio ortum est ex praefixo अपि *api*. Ex eadem radice natum est pers. فرمودن *fermuden*, im-

---

*) Cf. Bopp Ausf. Lehrgeb. der Sanskrita-Sprache p. 322 s., et de voc. *σατράπης* *Guil. Burtoni* Angli *Λείψανα* veteris linguae persicae, quae apud priscos scriptores graecos et latinos reperiri potuerunt. Ed. *Jo. Henr. von Seelen.* Lubecae, 1720, p. 82-83. *Petr a Bohlen* de origine linguae zend. p. 53-54. *Gesenii* thesauru linguae hebraicae p. 74.

perare, iubere, et subst. فرمان *fermân*, mandatum, cum sanscr. *pramâna* (praef. प्र *pra*, suff. अन *ana*), quod *diiudicationem*, *arbitrium*, *auctoritatem* significat, comparari potest. Nec dubitari potest, quin نمودن *numuden*, imp. نما *numa*, *ostendere*, radici मा *mâ* et praefixo नि *ni*, cuius *i* propter secundum *u* in obscuriorem vocalem abiit, originem suam debeat*).

स्था *sthâ*, ἵστημι, *sto*, *stehe*, goth. *standan*. In derivandis vocabulis literae nasales saepe inter radicem et terminationem interseruntur. Sic a radice भृ *bhri* nascitur germanicum *bringen*. A radice स्था *sthâ* originem ducit persicum استادن *istâden*, stare, et a substantivo स्थान *sthâna*, locus, terminatio vocum persicarum ستان *stân*, e. c. گلستان *gulistân*, rosarium**). Pers. فرستادن *firistâden*, imp. فرست *firist*, *mittere*, conferri potest cum प्रस्था *prasthâ*, cuius forma causativa *mittere* significat. Praepositio enim *fer* et *fir* Persarum, quae radicibus praeponitur, est sanscr. प्र, *pra*.

इ *i*, ἴ-μεν, i-mus, goth. *hir-i*, accede, adveni. Marc. 10, 21. *hirjan*, accedere, venire.

प्री *prî*, goth. *frijo*, amo, *freien*; partic. act. in lingua goth. *frijonds*, *Freund*. Ortum est ex hac radice vocabulum zendicum *âfrîti*, *benedictio*. Vidit vir sagacissimus E. Burno-

*) Cf. Bopp — Wien. Jahrb. Vol. 42, p. 259.

**) F. Wilken, Institutiones ad fundamenta linguae persicae. Lipsiae, 1805, p. 86, et Possart, Gr. der pers. Spr. p. 116. Uterque tamen etymologiam addere neglexit.

vius*), literam *r* communicare aspirationem suam cum praecedente consona et observavit Boppius**), eamdem esse literae *s* potestatem. Exemplum proponit vocabulum zendicum *ap*, *aqua*. Est in lingua sanscrita अप् *ap*, in persica آب *âb*. In

*) Cf. Extrait d'un commentaire et d'une traduction nouvelle du Vendidad Sadé, l'un des livres de Zoroastre; par M. E. Burnouf. (Extrait du nouveau journal asiatique. 1829). p. 11. De vocabulo *âfrîti* dicit: *Je n'insiste pas ici sur le changement du p, dans le sanscrit prîti, en f dans le zend frîti; cette particularité est due à l'influence du r, qui dans cette dernière langue est virtuellement doué d'une aspiration, laquelle remonte sur la consonne précédente. J'ai donné, dans le Mémoire précité, les lois de cette aspiration de la consonne dans sa rencontre avec r, et j'ai fait voir comment, à-peu-près inconnues en sanscrit, en latin, et rares en grec, elles étaient d'une application fréquente en zend, et dans les dialectes germaniques, qui, en ce point comme en beaucoup d'autres, se rattachent plus immédiatement à la langue ancienne de la Perse qu' à celle de l'Inde.*

Quem commemorat Eugenius Burnovius tractatum (mémoire), is nondum lucem vidit, sed ipsius libri zendici quinque nuper prodierunt fasciculi, qui inscripti sunt: *Vendidad Sadé, l'un des livres de Zoroastre, publié d'après le manuscrit Zend de la Bibliothèque du Roi. Avec un Commentaire, une traduction nouvelle et un mémoire sur la langue Zende considérée dans ses rapports avec le Sanscrit et les anciens idiomes de l'Europe. Par Eugène Burnouf, Paris, chez l'éditeur.*

**) Cf. Jahrbücher für wiss. Krit. N. 48, p. 381. J. 1831.

latino *aqua* litera labialis cum gutturali, ut fieri solet, commutatur. Zendicum *ap* (*ap* est thema sive forma nuda) nominativum habet *âfs*, cuius *f* propter *s* e litera *p* ortum esse, reliquis casibus, accusativo sing. *âpĕm* et nominativo plur. *âpô* probari potest. Aspirationem in litera finali suppressam ad initialem radicis literam recedere, in lingua sanscrita haud insolens est. Fieri enim potest e radice बुध् *budh* vel भुत् *bhut*, vel भुद् *bhud**).

धु *dhu*, *θύω*, *θύελλα*.

प्लु *plu*, fluo, *πλόω*, *πλέω*, *fliesse*.

श्रु *sru*, *κλῦμι*, *κλυτός*, *höre*, goth. *hliuma*, auris. Marc. 7. 35. श् s, ut solet, in k transit; liquidas inter se permutari, notum est.

स्रु *sru*, *ῥέω*, *ῥεύω*, *ῥύημι*, *ruo*. Litera *s* in initio syllabarum vel praeponitur, vel abiicitur, ut in *μῖλος* et *σμῖλος*, *σκύτος* et *κύτος*, *cutis*.

हु *hu*, *θύω*. Verbum sanscritum abiecta *d* litera aspirationem tantum servavit.

भू *bhû*, *fu-i*, pers. بودن *buden*, *φύω*, *to be*.

लू *lû*, *λύω*, *solvo*, *so-lutum*, goth. *liusan*, unde *fraliusan*. Luc. 15, 4 et 8; caus. *lausjan*. Matth. 6, 13.

सू *sû*, generare, goth. *sunu-s*, Matth. 8, 12, filius. Est etiam सु *su*, unde सुत *suta*, pers. زاده *zadeh*, *υἱός*, att. *ὑός* (fortasse ex *ὑτός*). Suffixi त *ta* (Nom. तस् *tas*, ता *ta*, तं *tam*, lat.

*) Cf. Boppii Gr. crit. lat. sanscr. p. 37.

tus, *ta*, *tum*) ope participium praeteriti passivi formatur, et pro त *ta* radicibus quibusdam suffixum न *na* annectitur*).

कृ *kri*, pers. كردن *kerden*, *creo*, *curo*, *ceremonia*, *paro*, *κραίνω*. कर्मन् *karman*, *carmen*, factum, opus.

धृ *dhri*, tenere, ferre. Inde pers. داشتن *dâschten*, imp. دار *dâr* et धरा *dharâ*, etiam *dharani*, *ἔρα*, *terra*. Pertinet quoque fortasse ad hanc radicem graecum *θρόνος*, quod Schneiderus ducit a *θράω*, *θρόω*, sedere. Ad eamdem radicem referendum est regis persici Darii nomen, quod apud Persas recentiores est دارا *Dârâ***). Herodotus nomen *Δαρεῖος* explicat *ἑρξείης*; Hesychius *φρόνιμος*, *prudens*. Satis perite uterque. धारी *dhârî* enim significat non solum talem, qui alios regit, sed etiam semetipsum. Hebraei mutarunt in דָּרְיָוֶשׁ *Darjavesch*. Syllaba دار *dâr* per Vriddhim, quod grammatici indici dicunt, e धृ *dhri* nata legitur in nominibus دفتردار *defterdâr* (a graeco *διφθέρα*), پردهدار *perdeh dâr*, *cubicularius*, تاجدار *tâdschdâr* (coronam gestans) *rex*, نامدار *nâmdâr*, inclitus, illustris, حصهدار *hissehdâr* (حصه *hisseh* portio) particeps, ابدار *âbdâr*, irriguus, recens, humidus, گوشت دار *kuscht dâr*, carnosus, pinguis.

मृ *mri*, pers. مردن *murden*, *mori*, germanice sensu transitivo *morden*; मर्त्य *martya*, pers. مرد *merd*, *βροτός*, *mortalis*.

---

*) Bopp, Ausführl. Lehrgeb. p. 273 - 274.

**) Cf. P. a Bohlen comment. de origine linguae zendicae e sanscrita repetenda p. 26. Si quem delectaverint de huius vocabuli etymo interpretum somnia, adeat Burtonum p. 37.

अमर *amara* Nom. *amaras*, *ἄμβροτος**), *immortalis*. In hoc vocabulo *β* euphonicum est ut in *μεσημβρία* e *μέσος* et *ἡμέρα*. Cernitur enim in omnibus linguis studium quoddam literas haud ita dissimiles inter se coniungendi. Praecipue autem *s* a subsequente *t*, *k*, quod in lingua latina est vel *c* vel *qu*, et *p* expetitur, et in *abstraho* *s* non tam praepositioni *ab*, quam literae *t* locum suum debet**). Operae pretium est, in hanc linguarum legem paullo accuratius inquirere, uti in lingua arabica a Sacyo***) et Ewaldo****) factum esse videmus. Utinam grammatici quoque germanici naturam usumque potius, quam ingenii commenta sequantur!

स्तृ *stri*, *στορέω*, *στόρνυμι*, *στορέννυμι*, *sterno*.

स्मृ *smri*, *memoro*, goth. *merjan*. Litera *s* saepe cum *m* coniungitur.

हृ *hri*, *αἱρέω*, unde latinum *haereo* derivant.

तृ *trî*, *in-tro*, *tero*, germ. *tre-te*.

दृ *drî*, *δέρω*. शृ *srî*, *κείρω*.

द्रै *drai*, *dormire*, *δαρθάνω*, germ. *träume*.

लोक् *lôk*, *λάω*, *to look*.

रुच् *rutsch*, *luceo*, *λευκός*, *lumen*, goth. *luhath*, Matth. 6, 23, *lukarn*, *lucerna*; Matth. 6, 22. Inde descendit persicum

---

*) Cf. Buttmanni lexilogus 1 p. 131-139.

**) Cf. Bopp, Vergleichende Zerglied. des Sanskr. 3. Abth. Abh. der kön. Akad. d. W. zu B. vom Jahre 1826.

***) Silvestre de Sacy Grammaire arabe 1 p. 30.

****) Ewald Gr. crit. linguae ar. p. 81-90.

روشن *ruschen* et روشنا *ruschnâ*, *lucidus*, *splendidus*, et lat. *rosa**). Ex hoc adiectivo P. a Bohlen explicat nomen proprium *Roxane*. Est *lucida*, *splendida*. Graecos ش *sch* Persarum per ξ reddidisse, docet nomen proprium *Xerxes*, quod in lingua persica est شير شاه *schir schah*. Graeci ἀρήϊος interpretantur. شير *schir* est *leo***). Pertinet quoque ad radicem रुच् verbum pers. افروختن *efrukten*, imp. افروز efruz, *accendere*. Syllaba اف *ef*, quae cum radicibus coalescere solet, convenit cum praepos. अभि ***).

प्रछ् *pratschh*, goth. *frahan*, *fraihan*, *fraihnan*, imp. *frah*, Matth. 27, 11, germ. *frag-e*; pers. پرسيدن *pursiden*.

वाञ्छ् *vântschh*, germ. *wünsche*.

युज् *judsch*, *iungo*, *ζεύγνυμι*; *iugum*, goth. *juk*. Luc. 14, 19. योग *yóga*, *iunctio*, *iunctura*; *cogitatio intima*.

राज् *râdsch*, *rego*, goth. *ragino*, Luc. 3, 1., *to reach*.

वृज् *vridsch*, *vergo*. वर्ग *varga*, classis.

पत् *pat*, *πέτω*, *πί-πτω*, *peto*, *im-peto*, पतग *pataga* (volatu iens, e पत *pata*, *volatus*, in initio tantum compositorum usurpato, et ग *ga iens*) avis.

वृत् *vrit*, *verto*.

मथ् *math*, *movere*, agitare.

---

*) Cf. Ewald — Gött. g. Anz. No. 125 Aug. 1831.

**) Burtoni *Λείψανα* p. 94. Hadriani Relandi oratio pro lingua persica et cognatis linguis orientalibus dicta. Traj. ad Rhen 1701. 4. Exstat quoque in libro, qui inscribitur: Belgii literati opuscula hist., philolog., theol. ed. Io. Oelrichs. Bremae, 1774. 8.

***) Bopp — Wien. Jahrb. V. 42, p. 259.

अद् *ad*, *ἔδω*, *edo*, goth. *itan*, edere, *at* edebat, *etun*, edebant. Luc. 15, 16.

छिद् *tschhid*, *scindo*, *σχίζω*, goth. *skaidan*, germ. *scheiden*, praet. *skaiskaid*, *schied*, separavit. Matth. 10, 35. Marc. 10, 9. Luc. 9, 33.

तुद् *tud*, *tundo*, *tutudi*.

पद् *pad*, *cado*, *in-cedo*, *ac-cedo*; *pes*, *ped-is*, *ποῦς*, *ποδ-ός*, goth. *fôtus*, in lingua sanscrita पाद *pada*, pers. پا *pâ*. Radix cum praefixo आ â est persicum افتادن *üftaden*, *cadere*.

मृद् *mrid*, *mordeo*, *momordi*.

रुद् *rud*, *rudo*, *rud-i-mus*, flere.

वद् *vad*, dicere, *vas*, *vad-is*.

विद् *vid*, *video*, *εἴδω*, *οἶδα*, goth. *vait*, scio, Marc. 14, 68; *vit-um*, scimus, Marc. 12, 14.

सद् *sad*, *sedeo*, *sîdo*, *ἕζομαι*, *ἕδ-ρα*, *ἕδ-ος*; goth. *sat*, sedi, Luc. 18, 35, *vatja*, pono, Marc. 3, 16 et 17; lith. *sed-mi*, sedeo*); cum नि est pers. نشستن *nischesten*, sedere, assidere, commorari, manere.

---

*) Petrus a Bohlen exploraturus, quantum lingua lithuanica cum sanscrita congrueret, rusticos lithuanicos sanscrite alloquutus est. Hi vero dicentis verba intellexerunt et lithuanice responderunt. Cf. Ueber die Verwandtschaft zwischen der Lithauischen und der Sanskritsprache von Prof. von Bohlen in den historischen und literarischen Abhandlungen der kön. deutschen Gesellschaft zu Königsberg in Preussen. 1. Sammlung. Königsberg 1830.

स्कन्द् *skand*, *scandere*, salire.

बन्ध् *bandh*, goth. *band*, ligavit, *bindan*, ligare, *bundun*, ligarunt. Marc. 11, 4. *bandja*, vinctus; Marc. 27, 15 et 16; pers. بند *bend* et بنده *bendeh*, ligatura; बन्ध *bandha*, nexus, vinculum, *Bande*.

अन् *an*, spirare, spiritum ducere; *ἄνεμος*, *animus*.

जन् *dschan*, *γί-γνομαι*, *γένος*, *gi-gno*, *gnas-cor*, goth. *kuni*, *genus*, Matth. 11, 16; *gens*, ar. جنس *dschinsun*; pers. جان *dschân*, vita. जात *dschâta*, filius.

तन् *tan*, *τάν-υ-μαι*, *τείνω*, *tendo*, germ. *dehne*, *dünn*, *tenuis*.

मन् *man*, etiam *mnâ*, *me-mini*, *μένω*, *μένος*, *μιμνήσκω*, *μνάομαι*, goth. *man*, puto, Luc. 17, 9, *munan*, putare, *meinen*, मनस् *manas*, *mens*, मनीषा *manîschâ*, *mens*, मनुज *manudscha*, homo, मनुष्य *manuschya*, homo, germ. *Mensch*, natura cogitans. Huc etiam referendum est anglicum *mind*. Latinum quoque *homo* ex hac radice originem trahere puto, si sumas priorem syllabam esse articulum, natum ex pronomine demonstrativo सस्, *sas*, सा *sâ*, तत् *tat*, alterius vero *o* prodiisse ex syllaba *as*. Nam स् *s* finale cum praecedente अ *a* ante omnes *sonoras* consonantes et ante अ *a* vocalem in ओ *ô* transit*). Haec mutatio in lingua zendica semper locum habet. देवस्, *devas*,

*) Bopp gr. crit. linguae sanscr. p. 46 §. 76. 6. Cf. quoque *Devimahatmyam Markandeyi Purani sectio*; edidit, latinam interpretationem annotationesque adiecit *Ludovicus Poley*. Berolini, 1831, p. 105.

Deus e. c. in lingua zendica effertur *daêvô**). Alii *homo* ducunt ab *humo*, ut cognata sunt אָדָם *adam*, homo, et אֲדָמָה *adamah*, humus, terra. Sed iam Quintilianus: *Sit et classis a calando, et lepus levipes, et vulpes volipes: etiamne a contrariis aliqua sinemus trahi? ut lucus, quia umbra opacus, parum luceat? et ludus, quia sit longissime ab lusu? et dis, quia minime dives? etiamne hominem appellari, quia sit humo natus? (quasi vero non omnibus animalibus eadem origo, aut illi primi mortales ante nomen imposuerint terrae, quam sibi) et verba ab aëre verberato***)?* Alii ortum esse putant ex ὁμοῦ, *simul*, quod sit societatis amans. Quod quidem significatione affine est arabico انسان *insânun*, quod descendit a radice انس *anisa*, *consuevit*, *assuevit*, *familiaris evasit****)*. Haud scio an latinum *mas* ad eamdem radicem pertineat****).

---

*) Cf. F. A. Rauch, Die Identität der Hindu, Perser, Pelasger, Germanen und Slaven, dargethan aus Sprache, Religion und Sitte. I. Abth. Marburg, 1829. Burnouf Extrait p. 9 et 25. P. a Bohlen de origine linguae zend. e sanscr. rep., passim. Bopp Jahrb. für wiss. Krit. l. c. Nala, eine indische Dichtung von Vjasa. Aus dem Sanskrit von J. G. L. Kosegarten. Jena 1820, p. 207.

**) Quintilian. instt. orator. 1, 6 p. 53 ed. Bip.

***) Ge. Wilhelmi Freytagii Lexicon Arabico-Latinum. Tom. I. ا - خ Halis Saxonum 1830.

****) Cf. A. Gu. a Schlegel de rhocismo linguae latinae — Ind. Bibl. II, p. 325.

हन् *han*, *θάνω*. Servant Graeci *d*, quod in lingua sanscrita expellitur*).

आप् *âp*, *apio*, *aptus*, *adipiscor*, *ἅπτω*, *ἅπτομαι*, pers. يافتن *jâften*, invenire, consequi.

तप् *tap*, *tepeo*, *θάλπειν*, pers. تافتن *tâften*, accendere. افتاب *afitâb*, sol.

तृप् *trip*, *τέρπω*.

सृप् *srip*, *ἕρπω*, *serpo*. सर्प *sarpa*, *serpens*; שָׂרָף *saraph*.

स्वप् *svap*, *ὕπνος*, *ὑπνάω*, *sopio*, *somnus*. Non aliter *somnus* ex *sopnus* ortum est, quam *σεμνός* ex *σεβνός*. Nam प *p*, फ *ph*, ब *b*, भ *bh* ante quamvis nasalem literam in nasalem ordinis sui transire plerumque solent; cf. *γράμμα* pro *γράφμα* et sexcenta alia**). A स्वप्न *svapna*, *sopor*, est pers. شب *scheb*, nox.

लभ् *labh*, *λαμβάνω*, *ἔλαβον*.

लुभ् *lubh*, *lubet*, *lubido*; cum praefixo आ â est persicum الفتن *âluften*, amore insanire.

कम् *kam*, amare. काम *kâma*, amor, persico كام *kâm*, *voluntas*, *desiderium*, originem dedit.

गम् *gam* et गा *gâ*, eo, goth. *gagga*, quod pronuntiandum *ganga****).

दम् *dam*, *δαμάω*, *domo*, goth. *tamja*, Marc. 5, 4.

दंश् *dans*, *δάκνω*. Inde venit दन्त *danta*, *dens*.

---

*) Bopp Lehrgeb. p. 275 §. 608.

**) Bopp gr. crit. l. s. p. 38 §. 58.

***) Ulfilanische Sprachlehre in: Ulfilas goth. Bibelübers. — herausg. von Zahn p. 1 et 2.

मिश्र् *misr*, p. اميختن *âmîkten*, imp. اميز *âmîs*, *μίςγω*, *μιςγέω*, *μίγνυμι*, *misceo*, *mische*; מָסַךְ *masach* et מָזַג *masag*.

दिश् *dis*, *δείκνυμι*, *dico*, germ. *zeige*; *signum*, angl. *token*.

विश् *vis*, *ἵκω*. Quanta literae *v* cum spiritu aspero intercedat cognatio, notum est.

अश् *as*, *esse*, edere; cum praepositione प्र *pra*, quae est in lingua gothica et danica *fra*, est germ. *fr-essen*.

अस् *as*, *es-t*, *ἐς-τί*, goth. *is-t*, lith. *esmi*, *sum*, *es-si*, es, *es-ti*, est; pers. ام *em*, اي *i*, است *est*; ايم *îm*, ايد *îd* اند *end*.

घस् *ghas*, edere; germ. *ge-gessen*, *ver-gessen*, *ver-gass*, *gus-tus*, *gus-to*, *γας-τήρ*. Boppius huc etiam refert germanicum *gas-t*, goth. *gas-ts*, Matth. 27, 7. Latinum *hospes* separandum esse censet *hos-pes*, ita ut primitive significaret, *qui edere* vel *cibum petit*.

वस् *vas*, goth. *vas-ja*, Matth. 6, 30, *ves-tio*, *ves-tis*, *ἕω* et *Fέσω*; digamma in spiritum asperum abit.

ग्रह् *grah*, goth. *greipa*, Marc. 14, 44, capio, prehendo; pers. گرفتن *griften*, germ. *greifen*.

दुह् *duh*, *duco*, goth. *tiuha*, Ioh. 18, 28.

द्रुह् *druh*, germ. *drohe*.

नह् *nah*, *né-cto*, *vincio*, fortasse, Boppio teste, e *vi-nicio*.

रंह् *ranh*, pers. راندن *rânden*, movere, ire.

लिह् *lih*, *λείχω*, *lingo*, *ligurio*, germ. *lecke*.

वह् *vah*, *veho*, *ὀχέω*, *ὄχος*, goth. *vag-ja*, Marc. 13, 25, moveo, lith. *wazȍju*, *veho*, germ. *Wagen*. Schneiderus in *lex*.

p. 218 ed. tertiae: *Ex primitivo* ὄχω, inquit, *Latini eiecto k aspirato fecerunt* v e h o.

Liceat nomina quaedam addere, utcumque legenti se obtulerunt, quae eadem fere in lingua graeca latinaque inveniuntur.

स्थार *sthâra*, pers. استاره *istareh*, ἀςτὴρ, *stella*, *Stern;* in Vedorum lingua स्तृ *stri*, unde in lingua classica तारा *târâ**).

वीर *vîra*, pers. پير *pîr*, *vir*.

पीलु *pilu*, pers. پيل *pîl*, chald. פִּיל *pîl*, ἔλεφας, elephantus.

दुर्मनस् *durmanas* est Persarum دشمن *duschmen*, *hostis*. inimicus. दुः *du* in compositis est Graecorum δυς, Persarum دش s. دژ *dusch*, contrarium सु *su*, zend. *hu*, graecum εὖ**).

भूमि *bhumi*, pers. بوم *bûm*, lat. *humus*, abiecto *b*, servata aspiratione. Comparari potest *filum* et *hilum*.

गो *gô* m. et f. *bos*, vacca; 2. terra; pers. گاو *gau****). Huius vocis accusativum in significatione altera गां *gâm* cum dorico γᾶν convenire, ostendit A. Gu. a Schlegel****).

नौ *nau*, pers. نو *nev*, ναῦς, *navis*.

देव *deva*, pers. ديو *div* (malus genius, daemon), θεός, *Deus*. De Persarum ديو *dîv* recte Petrus a Bohlen: „*Saepe fit*, inquit, *in religionibus iunioribus dialectisve, ut vel odio quodam commotae vel reformandi studio inductae verba sacra commu-*

*) Cf. Lassen Ind. Bibl. III, 1 p. 18.

**) Cf. Bopp Lehrgeb. p. 81 §. 114. Burnouf p. 9.

***) Quae in lingua sanscrita cum germanica conveniunt, cum dialecto potissimum Germaniae inferioris comparari possunt.

****) Ind. Bibl. II p. 288 - 295.

*tent**)." Hoc loco silentio praetermittere non possum subtilem pariter atque augustam Burnovii**) vocabuli germanici *Gott* explicationem. Probat enim, vocem zendicam *khadâta* esse sanscritam स्वदत्त *svadatta, a se datus, qui per se est,* inde formatum esse persicum خدا *khodâ* et nostrum *Gott.* स्व *sva* est *suus, a, um,* et दत्त *datta****) est particip. praet. pass. verbi दा *dâ, dare.* Habet igitur zendicum *khadâta* eumdem significatum, quem sanscritum स्वयंभू *svayambhû*†), *qui ex semetipso ortus est, aeternus,* obtinet, ex स्वयम् *svayam, ipse,* et भू *bhû, esse.* Indi enim sola radice annexa formare possunt vocabula, ut Latini cum *fer* et *ger*††), Persae cum بر *ber* et ور, *ver.* Non sine iniuria Burnovius affirmat, vocabulum zendicum *khadâta,* si etymon spectaveris, sensum multo sublimiorem praebere, quam देव *deva* Indorum, *θεόν* Graecorum et *Deum* Romanorum, *Deum* enim esse tantum naturam, quae in coelis habitet, a दिव् *div,* coelum. Aliter iudicat *I. Hallenberg,* qui omnibus mire turbatis et in sententiam suam detortis nomen *Gott* ex hebraico אחד *echad,* arab. احد *ahadun,* chald. חד *chad,* syr. ܚܕ *chad* deducit†††).

*) Cf. Pet. a Bohlen de orig. l. zend. p. 45. Fr. Schlegel, Ueber die Spr. und Weish. der Indier p. 24.

**) Burnouf Extrait p. 31.

***) Bopp ausf. Lehrgeb. p. 275, §. 608.

†) Bopp gr. cr. l. s. p. 92-93, §. 170.

††) Bopp ausf. Lehrgeb. p. 288, §. 642. Wilken gr. pers. p. 90, §. 214 et p. 93. §. 224, 3.

†††) Cf. Ex occasione numi cufici de nomine Dei *Gud,* in Suio-Gothica cognatisque linguis origine, disquisitio historica et philologica I. Hallenberg. Stockholmiae, 1796. 4.

नर *nara* est Persarum نر *ner*, Graecorum ἀνήρ cum *a* prosthetico, hebr. נַעַר *naar*, iuvenis, נַעֲרָה *naarâh*, puella.

द्यु *dyu*, *dies*, coelum, pers. دی *di*, *heri*. Ex sanscrito सु *su*, bonus, et नृ *nri*, *vir*, *homo*, oritur Persarum هنر *hüner*, latinum *honor*. Forcellinus in lex. ducit a graeco αἶνος.

नव *nava*, pers. نو *nev*, νέος, *novus*, *neu*.

नासा *nâsâ* et नासिक *nâsika*, *nasus* *).

युवन् *yuvan*, *iuvenis*.

पुत्र *putra*, pers. پسر *puser*, *puer*, filius.

पितृ *pitri*, pers. پدر *peder*, πατήρ, *Vater*.

मातृ *mâtri*, pers. مادر *mâder*, μητήρ, *mater*, lith. *motê*.

भ्रातृ *bhratri*, pers. برادر *burâder*, gr. φρατήρ (eidem φρατρία ascriptus), *frater*, goth. *brothar*, Marc. 3, 17, *Bruder*.

स्वसृ *svasri*, *soror*, *Schwester*, angl. *sister*.

दुहितृ *duhitri*, pers. دختر *dokter* et دخت *dokt*, θυγάτηρ, lithuan. *duktê*.

लपन *lapana*, *os*, pers. لب *leb*, *labium*, *labrum*, *Lippe*.

द्वार *dvâra*, pers. در *der*, θύρα, germ. *Thür*, porta, ianua.

श्वन् *śvan*, κύων, *canis*. E deminutivo श्वाक *svâka* est Persarum سگ *seg* **). Suffixum क *ka* in deminutivis est Persarum ك *k*, germanicum *chen*, graecum ισκος, ισκη e. c. παιδίσκος, παιδίσκη, latinum *cio*, *homuncio* ***).

---

*) Ind. Bibl. II. p. 318 - 327.

**) Ind. Bibl. II, p. 318 - 324.

***) Possart Grammatik der pers. Spr. p. 119.

*tent**)." Hoc loco silentio praetermittere non possum subtilem pariter atque augustam Burnovii**) vocabuli germanici *Gott* explicationem. Probat enim, vocem zendicam *khadâta* esse sanscritam स्वदत्त *svadatta*, *a se datus*, *qui per se est*, inde formatum esse persicum خدا *khodâ* et nostrum *Gott*. स्व *sva* est *suus*, *a*, *um*, et दत्त *datta****) est particip. praet. pass. verbi दा *dâ*, *dare*. Habet igitur zendicum *khadâta* eumdem significatum, quem sanscritum स्वयंभू *svayambhû*†), *qui ex semetipso ortus est*, *aeternus*, obtinet, ex स्वयम् *svayam*, *ipse*, et भू *bhû*, *esse*. Indi enim sola radice annexa formare possunt vocabula, ut Latini cum *fer* et *ger*††), Persae cum بر *ber* et ور, *ver*. Non sine iniuria Burnovius affirmat, vocabulum zendicum *khadâta*, si etymon spectaveris, sensum multo sublimiorem praebere, quam देव *deva* Indorum, *θεόν* Graecorum et *Deum* Romanorum, *Deum* enim esse tantum naturam, quae in coelis habitet, a दिव् *div*, coelum. Aliter iudicat *I. Hallenberg*, qui omnibus mire turbatis et in sententiam suam detortis nomen *Gott* ex hebraico אחד *echad*, arab. احد *ahadun*, chald. חד *chad*, syr. ܚܕ *chad* deducit†††).

*) Cf. Pet. a Bohlen de orig. l. zend. p. 45. Fr. Schlegel, Ueber die Spr. und Weish. der Indier p. 24.

**) Burnouf Extrait p. 31.

***) Bopp ausf. Lehrgeb. p. 275, §. 608.

†) Bopp gr. cr. l. s. p. 92-93, §. 170.

††) Bopp ausf. Lehrgeb. p. 288, §. 642. Wilken gr. pers. p. 90, §. 214 et p. 93. §. 224, 3.

†††) Cf. Ex occasione numi cufici de nomine Dei *Gud*, in Suio-Gothica cognatisque linguis origine, disquisitio historica et philologica I. Hallenberg. Stockholmiae, 1796. 4.

नर *nara* est Persarum نر *ner*, Graecorum *ἀνήρ* cum *a* prosthetico, hebr. נַעַר *naar*, iuvenis, נַעֲרָה *naaráh*, puella.

द्यु *dyu*, *dies*, coelum, pers. دی *di*, *heri*. Ex sanscrito सु *su*, bonus, et नृ *nri*, *vir*, *homo*, oritur Persarum هنر *hüner*, latinum *honor*. Forcellinus in lex. ducit a graeco *αἶνος*.

नव *nava*, pers. نو *nev*, *νέος*, *novus*, *neu*.

नासा *nâsâ* et नासिक *nâsika*, *nasus**).

युवन् *yuvan*, *iuvenis*.

पुत्र *putra*, pers. پسر *puser*, *puer*, filius.

पितृ *pitri*, pers. پدر *peder*, *πατήρ*, *Vater*.

मातृ *mâtri*, pers. مادر *mâder*, *μητήρ*, *mater*, lith. *motê*.

भ्रातृ *bhratri*, pers. برادر *burâder*, gr. *φρατήρ* (eidem *φρατρίᾳ* ascriptus), *frater*, goth. *brothar*, Marc. 3, 17, *Bruder*.

स्वसृ *svasri*, *soror*, *Schwester*, angl. *sister*.

दुहितृ *duhitri*, pers. دختر *dokter* et دخت *dokt*, *θυγάτηρ*, lithuan. *dukté*.

लपन *lapana*, *os*, pers. لب *leb*, *labium*, *labrum*, *Lippe*.

द्वार *dvâra*, pers. در *der*, *θύρα*, germ. *Thür*, porta, ianua.

श्वन् *śvan*, *κύων*, *canis*. E deminutivo श्वाक *svâka* est Persarum سگ *seg***). Suffixum क *ka* in deminutivis est Persarum ك *k*, germanicum *chen*, graecum *ισκος*, *ισκη* e. c. *παιδίσκος*, *παιδίσκη*, latinum *cio*, *homuncio****).

---

*) Ind. Bibl. II. p. 318 - 327.

**) Ind. Bibl. II, p. 318 - 324.

***) Possart Grammatik der pers. Spr. p. 119.

शूर *sûra*, fortasse *κοῦρος* et *κόρος*. Cognatum est *ἥρως*.

हिम *hima*, *χειμών*, *hiems*.

वाहु *vâhu* s. बाहु *bâhu*, pers. بازو *bâzu*, *βραχίων*, *brachium*.

B et v saepe commutantur, quum eorum sonus ita congruat, ut Hispani ea in loquendo aegre distinguant*).

अयस् *ayas* esse latinum *aes*, gothicum *ais*, docuit A. Guil. a Schlegel**).

अग्नि *agni*, *ignis*, *Agnis*, Deus ignis.

नामन् *nâman*, *nomen*, goth. *namo*, Matth. 6, 9, pers. نام *nâm*, *ὄνομα*, quod Riemerus in lex. ducit ab *ὄνω* fero; esse enim *φόρημα*, quod quis tamquam characterem indelebilem ferat. Equidem non dubito, prius *ὀ* in *ὄνομα* esse *ὀ* prostheticum, ut *ὄφρυς* descendit a भ्रू *bhrû*, quod est germanicum *Braue*, pers. ابرو *ibru****).

महत् *mahat*, *μέγας*, *magnus*, *magis*. Inde descendit, quod legitur in utroque codice sacro מָג *mag*, *μάγος*, pers. مه *meh* et مغ *mogh*, *excellens*, *magnus*, ita ut sensu conveniat cum hebraico רַב *rab*, plr. רַבִּים *rabbîm*, quo nomine honoris causa doctores Iudaici salutabantur.

Quamquam in ducendis e lingua sanscrita vocabulis semiticis summa cautio adhibenda est, quum dialecti semiticae longissime a dialectis indicis et germanicis recedant, sunt tamen

---

*) Ind. Bibl. I, p. 318-321. Bopp ausf. Lehrg. p. 14 §. 21.

**) Ind. Bibl. I, p. 242-245.

***) Cf. quoque Allgem. Schulzeit. Abth. II, No. 77, Jun. 1831.

quaedam vocabula semitica, quae Gesenius*) e lingua sanscrita repetere non dubitat. Fieri enim potuit ac debuit, ut per mutuum, quod Semitis cum populis Asiae orientalis fuit commercium, ipsorum dialectis nomina sanscrita verborumque radices inferrentur**), quae partim eo potissimum peregrinam originem produnt, quod ab analogia semitica discrepant. Eorum recensum hunc exhibet:

אָב *ab* pater a sanscrito *appen*, sed *appen* non est vocabulum sanscritum;

אֶחָד ab *akitta*, sed *akitta* mutilatum est ex एकतस् *ekatas*, singulatim, unice, solum;

אֲהָלִים *ahalim* ab *aghil*, *agallochum*, quorum sonus suspicari iubet, ea ad linguam sanscritam referri non posse;

אוּר *ur* ab *ur*, quod sit *locus*, *urbs*, *pagus*. उर *ura* in initio nonnullorum compositorum est pro उरस् *uras*, *pectus*.

אִישׁ *isch* comparat cum *ischa* (ईश *îsa* est *dominus*, non *vir*) et *ischi*, *ischani*. ईशी *îsî* vix reperiatur, ईशानी *isâni****) est *domina*, nomen Durgae, Sivae uxoris.

אֵם *em* confert cum *ammâ*, quod non est vocabulum sanscritum; est vero अम्बा, *ambâ*, quod etiam affert.

בִּירָה *birah*, pers. بارو *bâru*, syr. ܒܝܪܬܐ *birto*, non est *bura*, *bari*, sed पुर *pura*, quod vel e terminatione urbium indicarum coniici potest. Quod e. c. Angli scribunt *Ummerapore* est

*) Ausf. Lehrg. der hebr. Sprache p. 187-188.

**) Fr. Schlegel über die Sprache und Weisheit der Indier p. 4.

***) Cf. Devimahatmyam, ed. Poley p. 128.

अमरपुर *Amarapura**), *urbs immortalium* (अमर *amara* immortalis, rad. मृ *mri*, mori).

יֵשׁ *jesch* esse arabicum أيس *aisa*, chald. אִית *ît* et sanscr. अस्ति *asti*, recte docet.

מֶסֶךְ *masach*, נַעַר *naar*, שָׂרָף *saraph*, שֶׁבַע *scheba* supra commemoravimus.

פָּרָשׁ *parasch*, ar. فرس *pharasun*, quod in lingua sanscr. esse dicit *parasah*, non est voc. sanscritum.

פַּרְתְּמִים *partemim*, *optimates*, *nobiles*, recte refert ad प्रथम *prathama* (vitiose exhibetur *pratama*). Non tantopere igitur errarunt interpretes, qui a graeco πρῶτοι duxerunt, quam putavit Adrianus Relandus**), in eo tantum falsi, quod e lingua graeca repeterent, cuius origo in dialectis persicis, in quas e lingua sanscrita transierat, erat quaerenda.

קוֹף *kóph* est, ut dixit, कपि *kapi*, *simius*.

שֵׁן *schen* non est *danda*, sed दन्त *danta*, pers. دند *dend*. (In graeco ὀδών litera ὀ est ὀ prostheticum. Schneiderus in lex. ortum esse censet a verbo ὄδω pro ἔδω ut *dens* pro *edens*.)

שֵׁשׁ *schesch*, *sex*, est sanscr. षष् *schasch*, non षष्ठ *schaschtha*, quod ipsum natum est ex षष् *schasch* et suff. थ *tha*, *sextus*.

תֻּכִּיִּים ducit a *tögei*, quod non est vocabulum sanscritum.

---

*) Ind. Bibl. II, p. 399.

**) Cf. Adr. Rel. oratio pro lingua pers. l. c.

Errata.

P. 2 inferiore, versu decimo, deleatur comma inter vocabula *lacus tranquilli*.

P. 25 inferiore, versu tertio, prior vox persica est نا *ná*.

P. 51 inferiore, versu quarto et quinto, exciderunt in vocabulis *persicae* et *potuerunt* lineolae, quae coniungendis literis inserviunt; versu tertio legatur pro *Petr* ***Petrus*** et versu secundo pro *thesauru* ***thesaurus***.

P. 60 inferiore, versu tertio, pars ultima literae خ periit.

P. 61 inferiore, versu tertio, litera ה vocali Kibbuz munienda est.